albertū sup illo verbo.Joelis.ij.Quis scit si
cōuertatur ꝛ ignoscat deꝰ.Cōuertat inquit
ab ira ad miaꝫ:ꝛ cognoscat.i.qs scit si igno-
scere velit. Quāuis eñi certū sit ꝙ contrito
ignoscit: tñ incertū est an sit vere cōtritꝰ.de
tali đr Eccle.vij.Nemo pōt corrigere quē ip
se despicit illū qui p totā vitā suā eū ꝯtēpsit
peccādo. Quot eñi sunt exēpla.ad hoc sunt
inumera ꝛ in sacra scriptura ꝛ in hystorijs.
Primo esau.ad Heb.xij.Qui nō inuenit lo
cuz pnie:q̄uis cū lachrymis iā expostulassꝫ.
ꝛ hoc idē ptꝫ de anthico.ij.Machabeo.ix.đ
quo đr.orabit scelestus dñz a quo nō erat mi
sericordiā cōsecutus. Itē.Luce.xij.paraboli
ce tñ de illo q dicit.Anima mea habes multa
bōa ꝛc. Quarto adest exēplū qđ pōit beda i
gestis āgloꝝ ꝙ cū qdā faber male vite diu
in malis pseuerauerit subita ifirmitate de
tentus cū a suis ad pniam animaret cepit
clamare se nō pose penitere . qꝛ inquit sicut
btūs Stephanꝰ vidit celos aptos ita video
infernū apertū ꝛ locū mihi paratū cū his q
xp̄m occiderūt.ꝛ post hec dicit iudiciū insta
re:nec spez salutis sue supesse ꝑpter suā ma
lā vitā tā diu cōtinuatā.ꝛ hec dicēs mortuꝰ
est:ꝛ in terra ꝓphana sepultus. Scđm qđ
dꝫ nos inducere ad pctm̄ abijciendū est di-
uine dignationis multiplicitas. Sed cōsi-
deremꝰ inestimabilē dilectionē quā ad nos
gerit ꝛ gessit saluator nos creādo redimēdo
a pctis multiplicibus ac alijs incōueniēti-
bus preseruando.Cur potiꝰ deberet nos pu
nire qꝫ tot milia iaꝫ dānatos q forte in cen
tesima parte nō taꝫ grauiter peccauerūt si-
cut nos.annūciate ergo virtutes eiꝰ vt đr.i.
Pet.i. Qui de tenebris vos vocauit:vt vide
licet cognoscēdo tantā dilectionē resipiscatꝫ
a peccatis.ad hāc dignationē agnoscendaꝫ.
Inducit Aug.li.i.cōtra hereses in psona xp̄i
loqns.Cogita o hō q̄lia ꝛ quāta p te feci:cū
nō esses te creaui ꝛc.O miseri pctōres vt qđ
ergo in peccatis perduratis:huius publica
ni exēplo ad deū redite vt đ singulo vr̄m veri
ficet thema descēdit hic iustificatus ꝛc.

¶ Quo ad scdm principale viso quid nos dz mouere ad pctm relinquendu: restat videre qd agere debem⁹ ad iustificationē obtinēdā Sciendū qz vt quis iustificetur duo sūt necessaria p3 out ex serie hui⁹ publicani iustificati colligi pōt.
Primū ē plena cōtritio cū detestatiōe.
Scdm est integra confessio cū satisfactiōe.
¶ De primo nūc agēdo nota. q contritio vt sit pfecta dz habere tria que habuit hic publicanus: sc3
Timorem.
Pudorem.
Et dolorem.
¶ Timor notatur in hoc q stabat a longe.
Pudor in hoc q nolebat oculos ad celum leuare.
Dolor in hoc pcutiebat pectus suū.
¶ Primo em timor erigit. a timore tuo inqt ysa. xxvi. peperim⁹ τ parturim⁹ spūm salutē Et Eccl'. i. Initiū sapiētie timor dñi. Unde τ Apoc. xiiij. dr Uidi alter3 angelū volātē3 p mediū celū. seqt dicētē voce magna. Timere deū: τ date illi honorē. Merito aūt timere dz pctōr ignorāt mortis horā monēdi: formā mortis locū ac statū. Merito timere dz q plurima argumēta dānatōis q saluationis hz. Si vero horrēdū sit incidere i manu dei viuētis. Heb. x. iter3 ibidē3. Et irritā qs faciēs legē moysi duobus aut trib⁹ testib⁹ sine vlla miseratione morit: qtomagis putatis ea3 deteriora pmereri supplicia q sanguinē testamēti cōculcauerit τ spūm τ gratie prumeliā fecerit. verebar dicebat Job. ix. oīa opera mea sciēs qz nō parceres delinquēti. O de⁹ eterne si de ei⁹ operib⁹ vt ipse in alio loco testat nō reprehendebat eū cor suū i tota vita sua. Sic verebat seu timebat qd facere debet: qui nunq in tota vita sua quicq boni fecit. Timeat ergo pctōr vt dr. Ecclesiasti. xxxij. Pro reuerētia τ timore accedet tibi bona gratia. ¶ Secūdo pudere debet peccator. pter obprobriū acvilitatē delicti sui. sic pudebat qui dicebat. Qm iniqtatē mea3 ego cognosco ps. l. Hanc passionē qui hz si i peccato sit de facili curat: τ si in pctō nō sit valde preseruat. De hac Eccle. xxxij. Añ grandinē preibit coruscatio: τ añ verecūdiā preibit gra. Et valeri⁹. li. iiij. Uerecūdia parens est oīs honesti cōsilij: tutela oim solēnū officiorum: magistra innocētie archa proximis accepta. De nō pudentibus aūt dr. Jere. vi. Confusione nō sunt cōfusi: erubescere nescierunt. Et quis queso tam vecors qui coram deo erubescere nō debebat. Si diligēter attendat qliter sine rubore in ei⁹ presentia ac facie peccare nō erubuit. Que mulier tā effrons: q nō erubescat: si τ proprio spōso in adulterio sit deprehēsa. Quis testis tā obstinatus qui nō verecūdet: si falsu3 corā seuero iudice cōuincat deposuisse. Quis fili⁹ ta3 ingratus quē nō pudere debeat si patrē p priū pdidisse appareat. Ubi ergo apparebūt peccatores maledicti spōsu3 puipēdētes iudicē seueru3 irridētes τ prem eternū cōtemnētes. Sed pth dolor eo3 cuilibet pōt dici illud Jere. iij. Frōs meretricis facta est tibi: et noluisti erubescere. Tertio dolere dz peccator pter offensam τ dānum sicut voluit Dauid q dicit. fuerūt mihi lachryme mee panes τc. sic doluit Petrus q fleuit amare. sic Magdalena τc. Sic dolēs cupiebat ille q dicebat Job. xiij. Dñe dimitte me, vt plāgā dolorē meū. Nota tñ q duplex est dolor de pctō. Prim⁹ q dicit sensibilis in lachrymas prorūpēs: hic nō requirit de necessitate. ait Bonau. xvi. di. iiij. qz nō est in ptāte nostra. Alius est mētalis qui dr nolicio seu peccati oditio: aut volūtarij displicētia qua displicet cōmisisse peccatū hic dolor erigit: τ bm Thomā3 in. iiij. dist. xvij. de maiori pctō dz eē maior dolor: qm in grauiori pctō plus de⁹ offenditur τ pene debet aggrauari bm quātitatē delicti. xxiiij. q. i. ca. Non afferamus autē vt fratrū filij §. i. colla. ix. Sed nunc qs doleat: quis pudeat: aut timeat: idurauerūt cor suum τ noluerūt reuerti. Prouer. ij. Letātur cū malefecerint: τ exultant in rebus pessimis. Parum est eis peccare: cupiunt τ amplius inique agere: paru3 est eis peccata pctis addere. gaudēt pctā perpetrasse qd est mortale nouum bm Thomā τ Alexan. Quotiēs videlic3 post actum peccati mortalis intra se gaudēt scienter' de tali actu vel se iactant. Talib⁹ durissime dicit ps. li. Quid gloriaris in malicia τc. τ sequit propterea de⁹ destruet te in finem. Parū est insuper hec omnia facere. Sed qd deterius est pctā defendunt aut excusant dicendo: aut se a peccatis non posse abstinere: aut peccando nō displicere

sic vsurarij: sic luxuriosi: sic vendentes ⁊ emē
tes: cuȝ periurijs: ac mēdacijs si voluptuosi
aduocati iniusticiā facientes asseuerāt que
omnia dei blasphemiā fouent. dicit eñi Hie
ronymus super symboluȝ. Anathema sit q̇
dicit xp̄ȝ dñm precepisse impossibile. dr quo
ꝗ Sapi.xiiij. Odio sūt deo impius ⁊ impie
tas ei⁹. O duri filij Adā corda vr̄a emolite:
peccata vr̄a recognoscite: ⁊ huius publicani
exēplo cōteramini: vt iuxta propositōeȝ pre
missaȝ de vobis dicat̄. descēdit hic iustifica-
tus ⁊c. hic licet quereret̄: vtrū peccator stati
post pctm̄ cōmissum teneat̄ cōteri. respōden
dum est sm̄ Pe. de tarentasia in.iiij. di.xvij.
ꝙ conteri de peccato non semꝑ obligat sub
quacūq̈ cogitatōne aut ymaginatōe saltem
speculatiua: sed duntaxat cū pctm̄ mortale
cōmissuȝ menti occurrat practice vt delecta
tionis vel detestationis tenet̄ homo tūc de
testari. sm̄ vero Alexandrū in.ij. pte in tra-
ctatu ō negligētia. Quādo excitat̄ a gratia
dei: qd̄ est qn̄ cogitat ⁊ aduertit ꝗ graue sit
peccatū suū tenet̄ tunc cōteri ⁊ sic nō cōteri
tur vel saltē atterit̄ periculū est ꝙ talis ne-
gligentia sit mortalis. precipue induci de-
bēt peccatores vt die dñica cōterant̄ vel sal
tē atterant̄. sm̄ vero doctorē seraphicū di.
xvi. q.ij. iij. articuli dicēduȝ ꝙ cū de⁹ absoluit
hoīem a culpa ligat eū vinculo perpetue de
testatōis. tenet̄ eñi semꝑ malū qd̄ fecit dete
stari. Et qr tētio talis ⁊ precepti affirmati-
ui cū preceptū affirmatiuū obliget ꝑ semꝑ
⁊ nō ad semꝑ: ideo pctōr tenet̄ semꝑ conte-
ri. Sed ad semper videlicet cum se offerunt
tempus ⁊ locus cuȝ scilicet recogitet mala
sua ⁊ loca in quibus deū offendit. ⁊ di. Sco-
tus di.iiij. Quod actu cogitans de peccato
scilicet practice nō conterens peccat morta
liter ⁊c.

¶ Dñica.xi. post penthe. Ser.xx.



Uspiciens in celum ingemuit dicēs
epheta qd̄ est adaperire:
Mat.vij. ⁊ in euangelio
Attēdite ad abrahā prēȝ
vestrū ad sarrā q̄ peperit eos Isa.li. qr salua
tor noster in euāgelio inducit̄ gemens: atq̈
ꝯpatiēs suꝑ surdū ⁊ mutuȝ vt illō faciam⁹
suꝑ aīas nostras ei⁹ exēplo verbis: scd̄o sum
ptis inducimur cuȝ dr. Attendite. in quib⁹
verbis duo notantur.

Primum conuersationis saluatoris virtuo
sa imitatio.

Scd̄m animarum nostrarum benigna per
seueratio.

¶ Quo ad primum quia boni filij est imita
ri patrē. filius enim dicitur a philos qd̄ est
amor: quia in filio relucet patris amor. Et
xp̄s Jesus per Abraham figuratus est: qui
est pater noster. sm̄ illud deut̄.xxxij. Nunq̇d
non ipse est pater tuus qui possedit et fecit
⁊ creauit te. ⁊ ad gall̄.iiij. Misit deus pater
spiritum filij sui in corda vestra clamanteȝ
abba pater. Ipse quoq̈ est petra a qua su-
mus excisi per denoīationē. petra enim erat
xp̄s.i. Cor.x. A xp̄o autē christiani dicunt̄
Extra de sacra vnctione ca. Cum venisset.
christianorū vocabulum sumptum est: vt a
xp̄o xp̄iani dicantur. Et nota de cōsecra. di.
iiij. c. Postq̈ merito ad deuȝ ⁊ ad eius facta
attendere debemus: ⁊ hoc ip̄m imitemur. lȝ
aūt ipse dulcis iesus imitādus apparet in
omni sua cōuersatione: precipue tamen in
tribus imitandus est.

Primo in mundi contemptu despectione,
Scd̄o in corpis cruciatu ⁊ afflictiōe.
Tertio in pietatis affectu ⁊ ꝯpassione.

¶ De primo Mat.viij. dicitur. Vulpes foue
as habent ⁊ volucres celi nidos filius autē
hoīs ⁊c. vnde Anselmus in quadā epistola.
christus ita pauper fuit vt veniēs in mundū
nō in sua: sed in aliena domo nasceret̄. nat⁹
propter inopiam loci in presepio brutorum
animaliū poneretur. viuens in mundo nō
haberet vbi caput suum reclinaret: nec mo-
riens vnde nuditatē suam tegeret: nec mor
tuus vbi inuolueretur: nec locum aut sepul-
chrum vbi collocaretur. de secūdo ad hebre-
os.xij. Recogitate eum qui talem aduersus
semetipsum sustinuit a pctōribus contradi
ctionem. vnde Augustinus libro de pastori-
bus. ab omnibus temptationibus te eruet
dominus: si ab illo non recessit cor tuum: nā
ad confirmandum cor tuum venit ille pati:
venit ille mori: venit sputis illudi: venit spi
nis coronari: venit opprobria sufferre: venit
postremo ligno configi: oīa illa pro te sustin
it tu nihil ꝑ illo. de tertio Mat.ix. Cūtes

dicite quid est misericordiā volo ⁊ nō sacri
ficium. Nō eñ veni vocare iustos: sed pctō-
res. Et ambrosius libro de virginitate. Oia
xpus est nobis. si vulnus curare desideras
medicus est. Si febrib⁹ estuas fons est. Si
grauaris iniquitate iusticia est. Si auxilio
indiges fortis est. Si mortē times vita est.
Si celuȝ desideras via est. Si tenebras fu-
gis lux est. Si cibuȝ queris alimētuȝ ē. Gu-
state ⁊ videte q̄ꝫ suauis est dñs: vere miseri
cordiā ac pietatē tunc ostendit: cū vidēs tā-
tā misericordiā surdi ⁊ muti pre cōpassiōe in
gemuit. sequimini ergo vestigia ei⁹: ⁊ atten
dite ad abrahā patrē vestruȝ. Attēdere nihi
lominus debemus ad cauernā lacus infer-
ni scilicet dānationē a qua per eius miseri-
cordiaȝ ⁊ preseruationē precisi ⁊ liberati su-
mus. Non eñ ex operib⁹ iusticie que fecim⁹
nos: sed ſm misericordiā suam saluos nos
fecit. Nos enim elegit ante mūdi cōstituti-
onem vt essem⁹ sancti ⁊ immaculati ⁊ in cō
spectu ei⁹. ad ephe. i. ca. de illo dr̄ Isa. xi. dr̄: de
lectabit infans ab vbere sup foramina aspi
dis cū caruerna reguli: qui ablacrat⁹ fuerit
manum mittet. Aspis iste regulus dyabo-
lū significat qui est serpēs antiquus cui⁹ fo
ramen ⁊ cauernā xps scrutat⁹ est: ab infan-
tia vsqꝫ ad passionē: qꝛ ad hoc venit in mun
dū vt ei⁹ opera destrueret: ⁊ nos de manib⁹
ei⁹ liberaret. In cui⁹ signū demoniū appu-
lit ab isto effecto surdo ⁊ muto p ip̄m demo
niū. qd tūc ⁊ nobis si p qꝛ sum⁹ surdi ⁊ mu-
ti optare intēse debem⁹ iuxta qd̄ notat the
ma. Suspiciēs in celū ingemuit ⁊c.

¶ Pro fundamēto mouet q̄stio qm̄ allegori
ce mut⁹ iste ⁊ surdus gen⁹ hūanū significāt
moraliter vero quēlibet pctōreȝ curatū per
xpi meritū iuste querit. vtruȝ xpus influat
hoībus gratiā cui⁹ virtute a demonio seu a
pctō liberētur. Rn̄det Alexan. in. iij. parte q̄
stione de gratia. Quod christus inquantuȝ
homo influit gratiā viatorib⁹ trib⁹ modis.

¶ Primo per modū capitis. sicut ei capitis
ad mēbrum vel membra est quidā genera-
lis amor. vnde ⁊ spiritus aīales hoc natura
li amore decurrūt de capite ad membra: sic
christi ab esse anime eius est amor ad nos:
ac desiderium: vt eius pticipemus sp̄m san
ctū. s. qui plenissime in ea requieuit. Ipse au
tē spiritussanctus in ea explet desideriū qd̄
habet erga nos: ⁊ hoc est influentia gratie a
christo capite i corpus ecclesie. vnde. Sicut
spiritus hominis mediante capite ad mē-
bra descendit viuificāda: sic spiritussanctus
per xp̄m venit ad christianos cuius plenitu
do quedaȝ est in capite: participatio vero in
membris.

¶ Secundo christus inquātuȝ homo influ-
it gratiā viatoribus per modū meriti: qꝛ ip
se est qui nobis meruit gratiā p quā remit-
terentur nobis peccata ⁊ gratiā per quā co-
gnosceremus ⁊ diligeremus deū ⁊c. ad Ro.
v. Sicut eñ per inobedientiā vnius homis
peccatores constituti sunt multi: ita p vni⁹
obediētiā iusti cōstituent multi. Tertio mō
per modū exēplaris. sicut eñ exēpluȝ addu
citur de exēplari: ita in christo hoīe est exem
plar ppositum gratie: cui debemus nos coa
ptare ⁊ conformare. vnde ipse est liber vite
iuxta quē debēt scribi libri nostri. i. cōsciētie
nostre. i. Corin. xv. Sicut portamus ymagi-
nem hoīs terreni: ita portemus ymaginem
celestis hoc est in xp̄o. Sed ipse saluator ge
muit sup surdū ⁊ mutū curādū ml'tomagis
nos gemere debemus vt nos curare dignet
⁊ dicat nobis effeta ⁊c. Propterea miretur
nullus si plures damnētur. dr̄ eñ. C. quibus
causis infamia irrogatur. l. fidē rumpēs so
cietatis cum infamie periculo suo nomine
pro socio conuētus ad faciēnduȝ satis vige
tur. Scribur quoqꝫ de reg. iu. li. vi. dānum
quo quis culpa sentit sibi dȝ nō alteri impu
tare ⁊c. Audiant hoc vniuersi peccatis dedi
ti. spoponderunt in baptismo abrenunciare
diabolo ⁊ pompis eius spoponderunt in cō
fessiōe omnino nō redire ad iniquitates su
as. aliena restituere. societates malas vita-
re. occasiones peccati fugere. qꝛ qui vult ple
ne satisfacere necesse habet occasiones p-
pinquas excidere: vt est cena splendida cuȝ
personis suspectis: qꝛ tales sunt in nostra
potestate. Remote autē nō vt est inuitatio
ad bonaȝ cenam honestam: vt dicit beatus
Bonauentura. li. iiij. distinctio. xlv. vrgebū-
tur certe penam soluere eternam: sciꝫ cum
infamie periculo. qꝛ fidem nō seruauerunt
socio: scilicet christo. Quid dicit Mathe. vl
timo. ecce ego vobiscum sum vsqꝫ ad ꝯsum-
mationeȝ seculi omnibus diebus. Sed pre-
cor cui imputari debet: certe sibiipsis pecca-

tores imputant: nō deo ꝙ ne eis contigat aiam suā surdā ⁊ mutā deo adducāt: vt cō-patiatur eis. Sic ⁊ fecit i euāgelio hodier. ō quo Jere. dicit. Suspiciēs i celū ingemuit.

¶ In isto sermone erūt due ptes.

Pria est de aie peccatricis graui ifirmatōe.

Scda de eiusdē aie desiderāda curatiōe.

¶ Quo ad pmā notaſ grauitas hꝰ infirmi-tatis i eo ꝙ saluator ingemuit. graue vtiqꝫ dꝫ iudicari: qḋ gaudiū angeloꝝ prouocat ad gemitū spālr aūt ꝙ hō ipe surdꝰ erat ⁊ mu-tus. Surditas ꝑpe dr spūalis circa auditū verbi dei. mutitas vero ē circa cōfessionē ꝓ-prij peccati. Prima cā surditatꝭ corpalis ē ex improportiōe soni ad organū auditꝰ. Sicut ptingit illis q̄ ex imoderato tonitruo absur descunt. Et sicut cōtingit fabris facientibꝰ caldarias q̄ ex sono maleoꝝ multū obsurde scunt: sic surditas spūalis causaſ sepe i plu-ribus ex disproportiōe verbi diuini ad itelle ctū. vñ Job. vi. Cū diceret deꝰ nisi māducaue ritis carnē filij hoīs: ⁊ biberitis eiꝰ sanguiēꝫ nō habebitis vitā in vobis. Multi nō valen-tes intelligere abierūt retrorsū dicētes. Du-rus ē hic sermo ⁊ q̄s pōt eū audire? sic vsqꝫ hodie plures errant circa plures materias: et de trinitate ⁊ de sacro altaris. Sed discāt tales ꝙ vespertilio ⁊ noctua lumē solis vide re nequeāt: nihilominus sol ē maxime visi-bilitatis inter oīa corpa. Sic vtiqꝫ ea q̄ sunt fidei sūt verissima: lꝫ mētes dure nō capiāt: que tū capere pñt si verissima fide viuerent. Et dicit beatꝰ Bonauē. dist. xix. iiij. q. penult. Qḋ lꝫ sacro altaris aut de articulis fidei a-liqñ disputemꝰ: nō tñ ē ad grauādū fideꝫ: sꝫ ad nutriendā ne pp ignorātiā aliqs pcedat aliquid repugnās fidei vel neget conseqns ad fidē: ⁊ hoc perutilissimū ⁊ necessariū est. Vñ disputamꝰ nō vt melius credamꝰ: sed vt fidē illibatā seruemꝰ dū ipsa cognita errores caueamus ⁊ cauēdo in veritate psistamus.

¶ Scdo cātur surditas ex vētositate inclusa in tympano capitis vel cōcauitate auris iu xta quā sumiſ. Scda surditas spūalis. Cau sa hec ē curiositas mētis q̄ nihil aliud ē ni-si ventositas quedā. ppterea tales nō possūt audire nisi mirabilia ⁊ noua sicut ariopagi te. ij. Thimo. iiij. Erit eñ tps cū sanā doctri-nā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coa ceruabunt sibi magistros ⁊c.

¶ Tertio cau-satur surditas corporalis ex obduratiōe. au ris p oppressionē alicuiꝰ extrīseci: sicut i aspi de qui vnā aurē cauda et alterā terra obtu-rat vt non audiat incantatorē: ⁊ hoc fit spū aliter per immissionē auaritie in corde. ps. lvij. Sicut aspidis surde ⁊ obturātis aures suas que nō exaudiet vocē incantātiū et ve-nefici incantātis sapienter. Mūdani ei cu-piditatibus inseruiētes spūalia audire neq̄ unt. xlvij. di. c. bonoꝝ. Et ē grego. bonoꝝ au-ctori aliter inherere nō valemus: nisi cupidi tatem a nobis q̄ radix est oīm maloꝝ absci damꝰ.

¶ Quarta cā surditatis corporalis est fluxus humoꝝ impedientiū viā virtutis au-ditiue potentie. Iuxta qḋ nota ꝙ cā surdita tis spūalis ē fluxus. s. carnalis voluptatis. Eccl. xxi. Audiet luxuriosus ⁊ displicebit: et proijciet illud post dorsum suuꝫ. Oibus his vcꝫ bestialibꝰ: curiosis: auaris: ⁊ luxuriosis dr. Isa. xlij. Surdi audite: ⁊ ceci intuemini ad vidēdū. sequiſ. quis cecus nisi seruus: et quis surdus nisi ppls meus: ad quē misi ser uos meos? Et Job. xix. dr. Seruū meū voca ui ⁊ nō r̄ndit mihi. ⁊ Iere. vi. Ecce cōstitui super vos speculatores ⁊ dixi. Audite vocem tube. ⁊ dixerūt nō audiemꝰ. Vi sūt qui vt dr Iere. v. Indurauerūt facies suas sup petrā et noluerunt reuerti. Qȝ vero periculum sit legem dei nō audire: monita dei spnere: diui nas inspirationes extinguere: ac ḋ conscia de dei offensa ⁊ salute ꝓpria nō cogitare, no tatur. Prouer. xxi. vbi dr. Qui obturat aurē suam ne audiat legē: oratio eiꝰ erit execrabi lis. Et. i. q. i. Interrogo. nō minus reus erit qui verbum dei negligēter audiuerit: ꝙ ille qui corpus christi sua negligētia cadere per miserit. Signū eñ mortis ē cibuꝫ nō cape-re: aut captum nō retinere. Sic vtiqꝫ morti spirituali vicini sūt q̄ de salute sua verbum audire nolunt: vel auditū facere renuunt. Vñ grego. in homel. xviij. Eterne mortis iu dicium estimate fratres si verbū vite audiē-tes in ventre memorie non retinetis. ⁊. xliij. dist. dispensatio dr. Sicut nō leue discrimē incumbit pontificibꝰ siluisse quod congruit: ita his: qȝ abfit: nō mediocre periculū est: q̄ cū deberent parere despiciūt. Eya filij hoim vsq̄quo graui corde: vt quid diligitis vanita tem ⁊ q̄ritis mēdaciū. Attēdite saluatorem vestrū super vos corde pfundo i gemitu ⁊ plā-

ctu statē nunc. Audite hec excōicati siue sen
tentia excōicationis siue hois qui matrimo
nis in gradibus ꝓhibitis cōsanguinitatis et
affinitatis cōtraxistis: qui excōicati estis ꝑ
clemētinā. c. eos de cōsanguinitate ꝛ affini
tate. Qui officiū iudicis eccl'ia. ordinarij vel
delegati impediuistis: q̄ sil'r estis excōicati ꝑ
decretalē. de immunitate eccl'ie lib. vi. Itez
q̄ pingagia vel pedagia exigitis a personis
eccl'ia. in rebus quas ꝑ sua necessitate nō cā
negociatiōis deferri faciūt: q2 sil'r excōicati
estis libro. vi. de censib⁹ exac. ꝛ ꝓcura. c. quāq̄z.
Audite oēs alij q̄ pro furtis permittis vos
excōicari. Nihil est inq̄t Aug. quod tm̄ time
re debeat xp̄ianus q̄z separi a corpe christi.
Qui em̄ nō ē d̄ corpe xp̄i nō vegetat̄ xp̄i spi
ritu. Aperite aures oēs vsurarij: lubrici: luso
res: inuidi ꝛc. Audite xp̄m in gemitu dicen
tem. epheta qd̄ ē adapire. Iuxta thema. Su
spiciens ꝛc.
¶ Quo ad scd̄m pricipale vidēdū ē de cura
tione h⁹ surdi. circa qd̄ notātur tria.
Primo locus.
Scd̄o ordo.
Tertio modus.
¶ Circa locum ponuntur hec scilicet tyrus
sydon: mare galilee: et medij fines decapole
os. In quibus spiritualiter notantur requi
sita ad iustificationem impij. In tyro no
tatur angustia seu dolor de peccato: qui in
terpretat̄ angustia. In sydone cogitatio pec
catorū ꝛ circūstātiarū. In mari galilee pec
cati derelictio. galilea interp̄tat̄ trāsmigra
tio. Hec si assint pctōri sanabit̄. De. i. Baruch
iij. Aia in angustia est sp̄ūs anxius: clamat
ad te. Audi dn̄e ꝛc. Et Isa. xxi. Repleti sunt
lūbi mei dolore angustia possedit me sic̄ do
lor parturientis. De scd̄o ps. Qm̄ iniquitatez
meā annunciabo ꝛ cogitabo ꝑ peccato meo
De tertio Ioh. vi. Uade ꝛ noli amplius pec
care ne deterius tibi cōtingat. Medij autē
fines decapoleos obseruātiā diuinoꝝ decez
preceptoꝝ exprimūt. ordo notat̄ cum d̄r. Ad
ducūt ei surdum: intellectus. s. et volūtas q̄
debent aiam ad deum adducere. hi sūt duo
discipuli qui debēt aīam adducere ad xp̄m.
Hi sunt duo discipuli qui aial brutū soluere
habēt. Mat. xxi. Modus vero curatiōis in
fertur cū d̄r. Apprehēdit eum seorsum ꝛ mi
sit digitos in auriculas eius. Separatio a
turba significat separationē maloꝝ societa
tum. Apoc. xviij. Exite de domo babylonis ꝛ
estote quasi hedi ante gregē: q2 cito capiēda
est ꝛ destruenda. Missio aūt digitoꝝ īfusio
est donoꝝ. ss. Sp̄ūs em̄ sanctus dicit̄ digit⁹ i
hymno. Tu septiformis mūere dextre di tu
digitus ꝛc. Sicut em̄ digitus procedit a bra
chio et manu: sic. ss. a patre ꝛ filio. Prim⁹ di
gitus seu primū donū req̄sitū h3 modū pol
licis: ꝛ d̄r donū timoris dn̄i. De quo prouer.
i. ꝛ. ix. Pricipiū sapientie timor dn̄i. Et alibi
Eccl'. xv. Qui timet deū faciet bona. Hic di
gitus ē de quo dixerūt magi pharaoni. Di
gitus dei est hic. Exo. viij. In v'itate ait ber
nar. sup cantica. nil ita efficax didici ad gra
tiam dei inueniēdā: q̄z si inueniaris oi tēpe
nō altum sapere s3 timere. Et vnde quero sic
aure surda pertrāseūt in peccatis viuentes
xp̄iani. Ita vt idem Ber̄n. sup cantica dicit.
Hunc ipsi xp̄iani persequūtur q̄ ab eo xp̄ia
ni dicūtur. Amici tui de⁹ ꝛ proximi tui ad
uersum te appropinquerūt ꝛ steterūt. Cōiu
rasse v̄r cōtra te vniuersitas ppl'i a minimo
vsq3 ad maximū. Unde hec inquit nisi quia
timorem domi abiecerunt in oi etate: in oi
statu: in omni actu: i vtroq3 sexu: ita vt nūc
verissimum sit non est timor dei ante oc'los
eoꝝ. Qui āt tiet deū nihil negligit. Eccl'. vij.
Secūdus digitus tenet locū iudicis: vez do
num scientie vel prudentie que docet bn̄ cō
uersari in medio nationis praue atq3 ꝑuer
se. docet q3 viam salutis: ꝛ quid agendum ꝛ
quid declinādū. Hoc digito scripte fuerunt
tabule lapidee Moysi. Exo. xxxi. Dedit dn̄s
lapideas tab'las scriptas digito dei. De carē
tibus hac scia d̄r. Nescierūt neq3 intellererūt
in tenebris ambulant. Tertius digitus seu
donum tenet locum digiti medij qui est a
mor: ꝛ iste est charitas. i. Coꝛ. xiij. Nūc autē
manent spes fides ꝛ charitas. maior autez
horum ē charitas. De hoc digito Luc. xi. Si
in digito dei eijcio demonia profecto venit i
vos regnū dei. De carentia vero h⁹ d̄r. i. Coꝛ.
xiij. Si charitatem nō habuero nihil sū. Si
nempe voluptatibus dediti. dum super oia
ex charitate diligerēt in eternū corda obdu
rata non tenerent. Quartus tenet locū vel
typum quarti digiti qui dicitur medic⁹. hoc
digito sanatur manus vl' digitus qui sanat
vulnera ꝛ infirmitates miseroꝝ. De hoc di

gito potest dici illud Johan.xx. Infer digitu3 tuū huc ꝛ vide manus meas. miseri sūt membra saluatoris: digitum in eos instruunt qui eis compatiūtur. ergo qui surdi et obdurati de pietate non curant: sed sciant quid dicatur Prouer.xxi. Qui obturat aures suas ad clamorē pauperis ipse clamabit et non exaudietur. Misericordes vero ꝛ pij misericordiā consequētur. Quintus tenet locū extremi digiti qui ē minimus. dicitur auricularis. hoc donum est humilitas. hoc digito inclinans se iesus scribebat in terra3. Johan.viij. Ubicūq3 fuerit hic digitus siue hoc donum: certe ibi habitabit. Isa.xi.cap. Sup quem requiescet spiritus meus: nisi sup humilē et quietu3 ꝛ trementē sermōes meos. Humiliamini ergo īdurati peccatores ꝛ deum suppliciter exorate: vt in auriculas cordis vestri immittat domin⁹ hos digitos spirituales: vt sic mentes vestre aperiantur ad audiendū ꝛ cum effectu faciendū quod iusserit dominus deus: vt decetero dicatis. Audiant quid loquatur in me dominus deus: quod vt magis cupiamus. Suspiciens in celum ingemuit ille dicens. Epheta quod ē adaperire.

¶ Do.xi. post penthe. p⁹ pradiū. Ser.xxi.



Uspiciens in celū vtš. Uenite reuertamur ad dominu3: quia ipse cepit et saluabit nos percutiet et curabit nos. Ozee.vi. Cu3 peccatores sint indurati diuine volūtati nolentes obedire: sicut supra dictum est: vt resipiscant per spiritumsanctū sctō: verboꝝ exemplo inducunt. vbi duo notantur.

Primū ē emēdatio gratiosa.

Scōm ē remuneratio fructuosa.

¶ Quo ad primū. Augusti.li. de libero arbi. Peccatum est auersio a bono incōmutabili et conuersio ad bonum commutabile seu est spreto incōmutabili bono rebus commutabilibus adherere: sm quod notatur Hiere.ij.ca. Duo mala fecit populus meus. Dereliquerunt me fontem aque viue: ꝛ foderunt sibi cisternas dissipatas ꝛc. Recte mouemur ad deum conuerti. Pro magno diceret huius vel docta ancilla: si spreto domino de reconsiliatione: remissione: ac vnione instantissime rogaretur ac pulsaretur. Reuertere igit anima peccatrix: domina enim tua cui obedire teneris: sc3 domina voluntas te iugiter expectat et reuocat. Genes.xv.capi. Reuertere agar ad dn̄am tuam: reuertere inquit aperi aurem tuam: quia pater tuus deus ac creator te interpellat: ac clemētissime expectat Dic ergo cum filio prodigo. Surgam et ibo ad patrem meum. Luce.xv. Reuertere tertio: quia benignissimus sponsus tuus vilissime a te derelictus clementissime rogat omnem offensam paratus remittere. Hiere.iij. Tu autem fornicata es cum amatorib⁹ multis: tamen reuertere et ego suscipia3 te. Dic ergo instanter illud. Osee.ij.capi. Reuertar ad virum meum priorem: quia mihi bn̄ erit Sed etia3 in presenti tempore dicitur. Ipe cepit ꝛ sanabit nos. ppter enim nimiā charitatem qua dilexit nos misit deus pater filium suum natum ex muliere factu3 sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Ad Galla.iiij.c. ꝛ ad Epheseos.ij. Cum viuificauit nos i dilecto filio suo. et ad Galla.iij. Factus est pro nobis maledictus: vt nos d maledicto liberaret. propterea ei factus est hō passibilis cum oībus penalibus suis dēpto peccato ꝛ inclinationibus ad peccatum: vt nos a miserijs nostris liberaret. Sic ꝛ i euāgelio introducitur gemens super surdum ꝛ mutum: vt nobis gaudia eterna conferret. Unde Augu. de verbis domini. Multos filios dei fecit vnicus filius dei: emit sibi fratres sanguine suo probauit reprobatus: redemit venditus: honorificauit iniuriat⁹: viuificauit occisus. Dubitas ꝙ ipse dabit tibi bona sua qui non refutauit: nec ipse dedigtus est suscipere mala tua. Et Criso. in qdā homelia. Christus viator factus est vt te sine labore faceret. ex muliere factus est vt p̄uaricationem eue deleret. homo appellat⁹ est vt te vocaret participatione supple fili⁹ hominis dictus vt te in filiu3 dei adoptar3. Reuertamur igitur ad deu3: quia ex quo cepit nos nobis compatietur. ꝛ sic quādo percutiet temporaliter miserebitur. quod patē ter ostendit in euangelio hodierno: qui du3 rogaret vt manū surdo ꝛ muto iponeret ne dū h fec: s ēt pie igemuit di. Epheta ꝛc.

¶Pro fundamēto mouet̄ questio: quia hic mut⁹ et surdus peccatorē significat quidd̄ē surd⁹ sine sui dispōne a xp̄o sanat⁹ fuit: sed dūtaxat amicoꝝ rogat̄: merito ergo querit̄. An ad iustificationē impij requirat̄ cōuersio volūtatis in deū maxime cū dicat. Aug. in lib. de. Eccl̄. dogmatib⁹: ꝙ initiū nostre salutis a deo miserāte nos hēre credim⁹. Respōdet Richar. di. xvij. iiij. ꝙ de iustificatiōe pctōꝝ possumus loqui dupliciter,
De lege cōmuni.
Aut de priuilegio speciali.

¶De priuilegio speciali pōt de⁹ iustificare impiū sine preuijs dispositionib⁹ aut adiutorio alicui⁹ alterius: aut sine iussione gratie habitualis. sicut et pōtest oē peccatū remittere absq̧ quacūq̧ satisfactōne. Loquēdo aūt de iustificatōne secūdum legē cōmunē: dicēdum est ꝙ sicut corp⁹ ꝑficit̄ ꝑ aīam in esse nature: ⁊ ad hoc req̄rit̄ ꝙ corp⁹ prius ordine nature disponatur q̄ȝ aīa a creatore infundat̄. Sic ad hoc ꝙ aīa iusti formetur ꝑ iustificationē in esse gratie: oportet cōuersionē volūtatis ad deū precedere tꝑe vel natura: qua conuersione disponatur ad susceptionē gratie: qua informata iustificat̄. sic nō resplēdet species solis in speculis nisi facies eius cōuertat̄ ad solē. Sic nec gratia q̄ est quedam similitudo iustitie resplēdet in anima nisi facies eius ad deum cōuertatur per voluntatem. nec militat dictuȝ Augu. quia ibi capitur initium salutis nō ꝓ iustificatione: sed pro aliqua inspiratione dīna qua anima excitatur ad cōuertendū se apd̄ deū per voluntatem. Propterea nulli mirū esse debet si plures dānent̄: viso abusu quē faciunt de corpore ꝓprio et anima. Scribit̄ quoq̧ exemplum de comodato capi. vlti. in antiquis. ꝙ comodatarius vtens re sibi comodata ad alios vsus cōtra volūtatē comodātis: aut cōtractat rem alienam īuito dn̄o ad restitutionē tenet̄: si dānum inde comodāti secutum fuerit. Audite hoc vniuersi q̄ in pctīs viuitis: corp⁹ et aīam certa lege a deo accepistis q̄ nō obseruata actio contra vos oritur. Que sit aūt illa lex Joh. xv. dicit̄ cunctis christicolis. Ecce elegi vos: vt, scilȝ eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus vester maneat. Et qui sunt illi fructus: dicit̄ Math. iij. ca. Facite fructus dignos penitentie. Dicant nunc singuli peccatis dediti quem fructum facient qui de lingua: de oculis: et de corpore toto: de memoria: de ītellectu: de voluntate ac tota anima faciant: mētiuntur: iurāt: periurāt: blasphemāt: detrahunt: ludunt: odia retinent: dolos cupiunt. vīdictas capiūt: deum obliuiscuntur: ac eius legem transgrediuntur: ⁊ sibi obedire nolūt. Si offendant emendare nō curant. Sed potius scd̄m dictū Job. induratur cor eoꝝ quasi lapis: ⁊ quasi maleatoris incus astringet̄ Job xli. Sed audiant tales ꝙ cor durū male hēbit in nouissimo. Eccl̄. iij. Or vt dr̄ Prouer. xviij. Nō recipit stultus verba prudētie nisi ea dixerit que versantur in corde suo. Tales nō sunt corrigibiles: de deo nō curāt: aīam ac salutē propriam non cōsiderant. Ut verificetur illud Jer. xvi. Ecce vnusquisq̧ abijt post prauitatem cordis sui vt me non audiant. Tales sunt admodū huius muti ⁊ surdi sup quē dn̄s pijssime ingemuit. Iuxͣ verbū ꝑassumptū. Suspiciēs ⁊c.

¶In isto ꝰmōe erūt due partes.
Prima de anime infirmitate miserabili.
Secūda de aīe curatōe desiderabili.

¶Quo ad primā viso q̄d ꝑ surditatē significet: ⁊ vn̄ causet̄. Uidēdū ē scd̄o q̄d significet ꝑ mutitatē: ⁊ vn̄ causet̄. Nō ꝙ hec mutitas ē carentia cōfessionis. De qua dicit̄ Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua nō diriget̄: qui aūt cōfessus fuerit et relinquerit ea misericordiā cōsequet̄. Et Job. xxxi. Si abscondi quasi homo peccatū meū: ⁊ celaui in sinu meo iniquitatem meā que est maxima iniq̄tas. Talis pudor et cōfusio est proueniēs ex peccato ⁊ faciēs hominē mutum ne cōfiteatur. Quare autē homo effectus est mutus mirū est ꝙ pctm̄ suū noluit cōfiteri: cū sine cōfessione si fit possibilis nō fit salus. scd̄m illd̄ Ambro. de pe. distin. i. §. taciturnitas. Non est sperāda venia criminis vbi fuerit taciturnitas cōfessionis. Cum etiam ꝑ cōfessionē peccatoꝝ hō obtineat remissioneȝ: ꝰm illud. i. Johan. i. Si cōfessi fuerim⁹ pctā nostra fidelis ē dn̄s qui remittet nobis oīa pctā nostra. Exigitur etiā primo anq̄ȝ cōfessio sibi prosit ꝙ velit peccatū suuȝ totalr̄ derelinquere: quod ne faciat duobus magnis vinculis ligatur scȝ cōsuetudine mala ⁊ societate ꝑuersa pctōrē minrimū in pctīs de

tinētib⁹ ꝛ vix exire ꝑmittētib⁹. Exigitˀ scđo
ꝙ cōfessio sit sufficiēs.s.ꝙ pctm̄ totaliter re
mittere dicatˀ ꝛ pnīa illoꝝ peccatorum .ꝛ ne
hoc faciat pctō2 duob⁹ alijs vīculis ligatur
scʒ pudore confitendi ꝛ horrore satisfaciēdi
Igitˀ vt iste mutus curetur dicēdum est de
istis vinculis vt illis solutis mutus decete
ro loquatur. Cōsuetudo mala et societas ꝑ-
uersa due sunt cathene: quib⁹ pctō2 ligatur
ne pctm̄ relinquat: ꝛ ꝑ ɔn̄s non cōfiteatur:
sed mut⁹ sꝑ remaneat. He sunt due cathene
quibus spūalr̄ detinetˀ Petrus in carcere.
Actuū.xij. Consuetudo man⁹ ligat: societasˀ
vero pedes. Nota ergo ꝙ summe soluēda ē
cathena seu vinculū male cōsuetudinis: q2
Ad peccādum incitat.
In pctō obdurat.
Damnationē procurat.
¶ Pro prio ꝑs.xli. Abyssus abyssuʒ inuocat
Et Grego. in moralib⁹. Pctm̄ qđ per pnīam
nō deletur mox suo pōdere ad aliud trahit.
habitus īclinat ad cōsil'es actus.ij.ethicoꝝ.
Bernar.de.xij.gradibus hūilitatis. Volup-
tas hīta libēter repetitur: repetita blanditˀ.
Cōsuetudo ligata mō ɔsopitˀ. ꝛ Gre.i homē.
Visitata culpa mentem obligat vt nequaꝗʒ
surgere possit: ad rectitudinē conatur vel la
bitˀ: q2 vt diu ꝑsistit vbi etiā noluerit coacta
cadit. vñ Ambro.de officijs. Vsus cito infle-
ctit naturā. ꝓpterea in iure scribitˀ di.viij.c.
mala cōsuetudo nō minus ꝗʒ ꝑniciosa co2-
ruptela est abijcienda: que nisi euellatur ab
impijs pro lege assumitur: ꝛ incipiūt ꝑuari-
catiōes ꝛ varie presumptiones. Propterea
Aug.suꝑ ꝑs di. Facilius ē retrahi ab īgres-
su ꝗʒ a corrupto itinere praue consuetudis
reuocari imo cōsuetudo mala nō solum ad
peccandū incitat: sed quasi vinculat ꝛ ligat.
Vñ Isidorus de summo bono. ꝛ Hugo de
sctō victore suꝑ regulā Aug. Cogitatio pra-
ua parit delectationē: delectatio ɔsensuʒ: cō
suetudo necessitatem: practica horum oīm
ꝑquiratur ab oībus pctis deditis: cur sic vi-
uant: quid eis ꝓdest sic iurare: blasphemare:
ludere: detrahere: adulari: de malo se iacta-
re: vanitates diligere: cōcupiscere: ɔcupisci:
velle verba amatoria dicere: scādala facere:
ac oīa talia mala perpetrare: ex quo hec deo
displicent: aīam grauāt: salutē tollunt: cur
hec ꝑpetrāt cur nō abstinent? Responsio in
promptu est: sic sunt assueti. Si ethiops po
test mutare pellem suam ꝛ pardus varieta
tes suas. Jere.xiij. Et vos poteritis benefa-
cere cū didiceritis maluʒ. Sic quoqʒ ligati
sunt pleriqʒ mala cōsuetudīe vt videatˀ eis
īpossibile viuere sine pctō. Quot em̄ sunt q̇
fatentˀ nō posse ɔtinere nec abstinere a vo-
luptatib⁹ ꝛ fetiditatib⁹ luxurie: ꝛ qđ horren
dū est dicere si q̇ a mulieribus abstineāt ab
alijs spurcitijs mīme ꝑn̄t cessare alios iudi-
cātes ſm gustū ꝓprium. Juxta qđ dicitˀ.iiij.
Ethico. Qualis est vnusquisqʒ apđ se talia
dicit: talia cogitat ꝛ opatˀ: ꝛ talis sibi videtˀ
esse. ꝛ Eccl'.x.c. Stult⁹ in via sua ambulans
cū sit ip̄e stultus alios sibi similes estimat.
Quot sunt mercatores quib⁹ videtˀ ꝙ nihil
vēderent si nō iurarent: ac fraudes facerēt?
q̄t insuꝑ causidici dicūt nihil lucrari nisi ca
uillationib⁹ vterētur: causas fouerēt ipias
actaqʒ ꝓlōgarent ꝛ scripturas. Sʒ audiāt
cūcti tales et similes eis Hieronymū super
symbolū. Anathema sit q̇ dicit christū dn̄m
precepisse impossibile. Ambro.xv.q.i.ca.non
est. Nemo tenetˀ ad culpā nisi ꝓpria volūta-
te deflexerit. Cur ergo eis sic videtˀ nisi rōne
male cōsuetudinis q̄ ē quasi altera natura
Vt dr̄ de memoria ꝛ de reminiscētia. Vnde
ꝛ peccās ex habitu dicitur impetiuus diffi-
culter posse abstinere. Pro scđo videlicet ꝙ
mala consuetudo induret. notatur Job.xli.
Indurabitur co2 eius quasi lapis: ꝛ q̄si mal
leatoꝝ incus cōfringetur. Sic em̄ aqua cō-
stricta gelu ꝑ lōgam cōsuetudinem cōstrin
gitur et induratˀ. Eccle.xliij. Frigid⁹ vētus
aquilo flauit: id est tentatio inuoluit et ge-
lauit. Cristallus ab aqua id ē mollia corda
facta sūt dura ꝑ lōgā cōsuetudinē. Bern̄.q̄ʒ
de cōtempla.libro.i.ait. Quid nō mutat cō-
suetudo: quid nō assiduitate induratˀ: q̇d nō
vsui cedat ꝗʒtum ꝙ ꝑ amaritudine pri⁹ ex-
horrebat vsu ip̄o in dulce cōuersum est. Pri-
mū impossibile tibi videtur aliq̇d: processu
tm̄ tꝑis si assuescas iudicabis nō durū: pau-
lopost et bn̄ senties: paulopost etiā delecta-
bit. Ita paululum homo in cordis duricieʒ
vertitur et ex illa in auersionem: ꝛ hoc ē ꝓ-
fundū pctōꝝ. de quo Prouer.xviij. Pctō2 cū
in ꝓfundū pctōruʒ venerit cōtempnit. Tā-
to igitur grauiora sunt crimina ꝗʒto diuti⁹
infeliceʒ aīam detinēt alligatā. Vt dr̄ ex̄ de

cõsuetudie. ca. finali. Et ꝙ consuetudo aie dãnationẽ ꝓcuret notat.ps.dicẽs.Qui elõgant se a te peribunt.Merito nãq; perijt q̃ se a vita elongando ꝑ malã cõsuetudinẽ recedit.propterea Leuitici.xviij.dr.Iuxta cõsuetudinẽ terre egypti ne faciatis. Et seq̃t Qui fecerit de abhominatõnibꝰ eoꝝ q̃dpiã pibit.Nec mirũ possidẽs rẽ aliquã lõgo tpe ꝑ longã cõsuetudinẽ ab eo possessa fuit.In cuiꝰ mysteriũ Pharao ex hoc ꝑ quẽ diabolꝰ designatur filios israel.i.pctõrum aias iure pscriptõnis possidere volebat dicẽs.Nescio dñm ⁊ israel nõ dimittã.Legit̃ in li.de.vij. donis quẽ cõpilauit magister Raymũdus: ꝙ quidã sctũs vir videbat quãdã mulierẽ nigerrimã stantẽ sup furnum ardentem et hec tenebat vnũ circulum igneũ infra quẽ erant multe psone nõ valẽtes exire. Cumq; ille interrogasset q̃ esset ipsa respõdit ꝙ erat portaria inferni. Et requisito noie dicit ꝙ vocabat̃ cõsuetudo peccandi.Et ille.quid significat ille circulus:⁊ ait illa.iste circulus est amor peccãdi quo teneo adherentes mihi.Et sicut homo existens in puteo ꝓfundo ⁊ clauso desup nõ põt exire: ⁊ ignis nõ põt nutriri in aqua.Et infirmitatẽ hñs int̃ medulas ossium non põt curari:sic assuetus in peccatis vix potest saluari.vnde si mortuus suscitatur solius diuine virtutis est. multo tñ plura fuerũt facta in suscitatõne lazari sepulti habentis lapidem supra se velati ac ligati ac iam sentientis ꝑ que; pctis: assuetus qui lapidem male cõsuetudinis super se tenet:qui ligatꝰ est ne possit bene operari:qui etia; excecatus fetet corã deo ⁊ angelꝭ q̃ in suscitatione adolescentis ⁊ puelle per quos peccantes vel voluntate vel opere designãtur: vt notat̃ de.pe.dist.ij.c.Sicut tribus gradibus.vt verificetur quod dicitur. Prouer.xxij. Adolescens iuxta viam suam gradit̃ etiam cũ senuerit non recedit ab ea. habitus quoq; est q̃litas de difficili mobilꝭ. durissimũ ac difficilimum est hoc vinculũ: quod nisi soluatur a ia quoq; a demone nõ liberabitur.vnde ⁊ Luce.xiij.Nõne soluere oportebit filiã habrahe.quã ligauit sathanas.xviij.annis.inquit Augusti. super Io. Noli amare veterem tunicã.Si vis imitari Si nõ velis imitari habes in vetustate dãnari. Secundu; vinculũ quo ligatur mutꝰ iste ne pctm̃ dereliquat est societas q̃ hoie; in pctõ detinet ⁊ ꝑ pñs neq̃t consiliari imo nec cõfiteri.hec ẽ cathena viciens' ta'lr ꝙ q̃ vult solui debet fugere.sicut Geñ.xix. dr de loth vt de sodomis fugiat et in mõtem saluum se faciat ait sibi angelus.sic Iiere.l. et ij.Chorinth.vi.⁊ Apoca.xviij. Exite de medio babylonis ⁊ imundum ne tetigeritis ⁊ ne sitis participes delictorũ eius. Sic.xxiij q.i.c. Non turbatur ⁊ est Ambro. Fugiamꝰ iudã:fugiamus ꝓditorẽ ne forte cu; eo submergamur.nõ turbat̃ nauis in q̃ erat petrꝰ turbat̃ autẽ nauis in q̃ erat iudas. Merito aũt suadeo discessum'a mala societate: q: sicut bonoꝝ societas perficit intellectũ inflãmat affectũ ⁊ iuuat effectũ. Sic ⁊ maloru; societas excecat:dãnat:⁊ debilitat oẽ bonũ. vnde Greg.sup Ezec. Qui sctõ viro adheret ex assiduitate visiõis:vsu locutiõis ⁊ exẽplo operis accipit vt accendat̃ in amore veritatꝭ peccatoꝝ suoꝝ tenebras fugiat in desiderio lucis exardescat.⁊ Bern.de cõsideratione.ne te dixeris sanũ dolentẽ latera. hoc: est ne te dixeris bonum malis imitãtem. Nã q̃ tetigerit picem coinq̃nabit̃ ab ea. Eccl'.xiij. Et qui cõmunicat supbo induet supbiã.⁊ iteꝝ. Qui cũ sapientibꝰ gradit̃ sapiẽs ẽ. Amicus stultoꝝ sil' efficiet̃.vñ ⁊ parali.xix. dr ad Iosaphat impio pbẽs auxilio: ⁊ his qui oderit dñm amicitia iungebaris idcirco iram dei merebaris. Maloꝝ em̃ societas ad malum inducit.Aliq̃n per cõsiliũ sicut Amã q̃ induxit assuerũ vt cõdẽnaret innocentes ad mortem:vt pt; in lib:.hester. Et achitofel qui induxit Absalon ad violandũ cõcubinas pr̃is sui.ij.Reg.xvi. Aliq̃n ꝑ participationẽ opꝰ⁊ cõsensũ. sicut Salomõ ꝑ societatẽ mulieꝝ inductꝰ fuit ad ydolatriã.iij.Regũ.xi.⁊ deos gentiliũ coluit ⁊ tẽpla ydolis cõstruxit.xxiij.q.iiij.c.salomõ. Aliq̃n talis societas inducit ad malũ ꝑ exẽplũ maxime platoꝝ ⁊ literatoꝝ maleviuentiũ:quoꝝ exẽpla si mala sũt facile capiũtur.iuxta illud. vulgus facile regis trahit̃ ad exẽplũ. ob hoc pcipue maledictionẽ pdixit xp̃s phariseis q̃ suo exẽplo malo alios ad mala iducebãt dicẽs. Mat.xxiij. Ve vobis scribe ⁊ pharisei qui circuitis mare ad aridam vt faciatis vnũ ꝓselitũ postea facitis eẽ duplo gehẽne filiu;. Quare super oia q̃ vult abstinere a peccato vinculũ h ma

le societatis ē soluēdū vt cōfiteaꝛ ꝛ ne infi
ciatur. Sicut dr. xxiiij.q.iij.c. Resecāde. rese⸗
canda ē ouis morbida a caulis ne totū gre
gē īficiat. resecāde sūt om̄s carnes putride
ne totū corp⁹ depereat. Societas aūt malo⸗
rū sil' exēplis pōt signari pvulpes ligatas p
caudas inflāmantes segetes: vt poniꝛ Iu⸗
dicū.xv.q꞉ finis taliū nō est nisi vastatio bo
norū. Tertio mut⁹ iste ligaꝛ vinculo ne loq̄t
vcꝫ pudore aut verecūdia indebita. tali dici
tur Isa.lij. Solue vicula colli tui. ꝛ in ꝓuer.
Est verecūdia adducēs gl'iam: ꝛ ē verecun⸗
dia adducēs peccatū. ne cōfūdaris ꝓ aīma
tua dicere verū. verecūdia adducēs gliam ē
pars satisfactiōis. de peni. dist.i.c. quē peni
tet. ꝛ ca. q̄zuis. verecūdia āt adducēs ad pec
catū est qn̄ q̄s pp verecūdiā tenet totum vel
partē sui peccati. de pe. dist.iij.§. Inter hec.
Caueat ait Augu. ne verecūdia duct⁹ diui
dat cōfessionē. ¶ Quarto ligaꝛ mutus iste
vinculo ne cōfiteaꝛ.s. errore satisfactiōis.s.
ꝙ cogitat ꝙ oꝫ eū restituere famā: bona fur
to ablata ꝛ male acq̄sita ac decetero bonuꝫ
exēplū pbere. tali dr Isa.lviij.c. Solue fasci
culos deprimētes: q꞉ ille q̄ aliena habuit nō
pōt esse saluat⁹ si restituere possit ꝛ nō resti⸗
tuat. xiiij.q.vi.c. Si res. ꝛ q̄s nō ingemiscat
quis hec vicula vult soluere. adducaꝛ talis:
ad deū instārer oreꝛ vt manū imponat: qui
certe nisi apposuerit non ē qui curare possit
quare idē pius dn̄s iesus vt miseriā h⁹ mun
di ostenderet suspiciēs in celū ingemuit di⸗
cens. epheta ꝛc.
¶ Quo ad scd̄m pricipale huius sermonis.
Nota ꝙ mutus iste curat⁹ fuit: cuꝫ dn̄s spu
to seu saliua tetigit linguā ei⁹. saliua īquit
a capite in os descendit ꝛ congrue designat
sapientiā. que aūt sit ista sapiētia ad sanati
onē muti req̄sita vt tp̄e debito plene ꝛ libe⸗
re cōfiteaꝛ peccatū suū notaꝛ Iacobi.iij.ca.
vbi dr de sapientia quadā repellēda. hec in
quit sapientia terrena est aīalis ꝛ diabolica.
de requisita vero ad sanitatem muti subdit.
Sapientia aūt que de sursū est primū q̄deꝫ
pudica ē: deīde pacifica: modesta suadibilis
bonis cōsentiēs plena mīa ꝛ fructib⁹ bonis
iudicās sine simulatione. Ubi primo aduer⸗
te duplicē sapiam. Pria est maloꝝ. de q̄ Iere
re.iiij. Sapiētes sūt vt faciāt mala: bn̄ autē
facere ꝛc. Sapia hui⁹ mūdi stulticia ē apud
deum.i. Coꝝ.iij. hec diuiditur ꝫm tria concu
piscibilia oculoꝝ ꝛ ꝫm hec dr dyal'. impꝛope
autē dr sapientia sed soluꝫ ꝓ quāto. sicut sa
piens dr qui tendit ad bonū finē. Si quis
astute querit media ad finem malum dici⸗
tur prudens ac sapiens in malicia sua. De
hac prudētia mala diciꝛ Ro.viij. Prudētia
carnis mors. Et sicut aliquis homo dicitur
bonus latro quando bene scit vias ad latro
cinandum. vtinam eni tanto affectu virtuo
si quererent ad salutem media: ꝛ de fine suo
sic sepe cogitarēt. Sicut ꝛ maligni operan⸗
tur. proh dolor filij huius seculi prudētioreſ
sunt filijs lucis in generatione sua. Luce.
xvi. Cōsideretur q̄ta sollicitudine commit
tuntur fraudes ꝛ luxurie. Alia est sapiētia
bonorum ad bonum inducens linguam cor
dis tangens per actum mutus vt loquatur
que nihil aliud est q̄ꝫ diuina inspiratio seu
gratia cor peccatoris tangens septem bōa
illi imprimendo per septem illas conditio⸗
nes figuratas: videlicet remotioneꝫ ab om⸗
ni malo: quod notatur cum dicitur. pacifica
dat et honestatem seu modestiam in omni
bus actibus atqꝫ gestibus atqꝫ aliorum cō
filijs facit obtemperare. propterea diciꝛ mo
desta bonis consentiens: sine contentione
supple. facit quoqꝫ compati necessitatibus
infirmorum et proximorum vt subueniant
in effectu. propter quod additur plena mise
ricordia et fructibus bonis: et non solum
miserijs corporalibus subleuandis: sed eti⸗
am in defectibus corrigendis. propterea di⸗
citur iudicans sine simulatione. Si per hec
talis sapientia reddat hominem talem cuꝫ
hic includantur fere omnia ad salutem ne
cessaria: quia per hanc homo bene ordiatur
ad deum per duo prima: ad seipsum per duo
sequentia: et ad proximum per duo vltima.
bene sequitur: ꝙ si mutus hic tangatur lo⸗
qui certe debebit. Emitte ergo illam de ma
iestate tua et de sede tua sancta vt mecum
sit et mecum laboret. dicebat Salomon sa⸗
pientie nono. Et merito illam desiderabat
quia dicebat Sapientie.vij.capi. Venerunt
mihi omnia bona pariter cum illa. hoc eniꝫ
donum supremum ē spiritussancti: ad quod
ꝫm beatuꝫ Bernardum de diligendo deum
peruenitur primo ab amore dei ad charita⸗
tem: a charitate ad sapiētiaꝫ. hec est de qua

Job. Sapien. vij. Neminez diligit de⁹ nisi q̄ cum sapientia graditur. qui aūt volūt illaz habere necesse est ꝙ de⁹ linguam eius tangat. xxvi. q. ij. ca. Qui sine saluatore vult salutē habere: ꝛ sine vera sapientia estimat se prudētem fieri posse: nō prudens: sed stult⁹ est. O eterne de⁹ ꝛ quis est nunc qui hāc sapientiā q̄rat qui de hac sollicitet. An ignoratis mūdani q: sapiētia huius mūdi stulticia ē apd̄ deū: dicētes em̄ se esse sapiētes: stulti facti sunt. ad Rom. i. Aperi ḡ o mute os tuū solue labia ora vt lingua tua saluā sapie tangat ꝛ demoniū expellat: qd̄ vt fiat suspiciens in celū ingemuit et dixit epheta: qd̄ est adaperire.

¶ Dn̄ica. xij. post pēthe. Sermo. xxij.



Beati oculi qui vident q̄ vos videt. Luc. x. ꝛ in euāgelio. Illumina oculos meos ne vnq̄ꝫ obdormiā in morte nequando dicat inimic⁹ me⁹ preualui aduersus eū. ps. xij. Inter oēs operatiōes sensuū exteriorū maxime visus ꝛ operatio diligitur: ꝛ eius priuatio summe cauet intantum ꝙ si quis effectus sit cecus gaudiū hui⁹ seculi amisisse putatur. secūdū illud Tho. v. Quale gaudiuꝫ mihi est qui in tenebris sedeo ꝛ lumē celi nō video. Nec immerito. est enim sensus differētiarum reruꝫ cognoscitiu⁹. i. methe. ꝙ si tantopere visus corporalis diligit ac eius priuatio metuit: inestimabiliori modo visus spiritual' debet custodiri cecitasq̄ꝫ mētis summopere euitari: q̄m excecati mētaliter inepti sunt ad gratiam suscipiendum. ḃm illd̄. ysa. vi. Excecat cor ppl'i hui⁹ ꝛ aures ei⁹ aggraua: et oculos eius claude ne forte videāt oculis suis ꝛ auribus audiāt et corde suo intelligant ꝛ conuertant ꝛ sanem eos. Omnis aūt peccator siue mortal'r peccās excecat⁹ est. iij. ethicoꝝ. ois mal⁹ ignorās. ꝛ Sapientie. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ. Ideo peccator quilibet merito dicere debet verbum subsumptuꝫ. Illumina oculos meos ne vnq̄ꝫ obdormiā i morte neq̄n dicat īimicus me⁹ p̄ualui aduersus eum. Et cū illo ceco clamare. Lu. xviij. Dn̄e vt videam. Quis aūt lucem spiritualē peccatori conferat attende: quia deus fecit duo luminaria magna: ꝛ stellas ad mundū istū sensibilē illuminandum. Sic et ad vniuersitatem saluandoꝝ illumināndum: deus dedit saluatorē christuꝫ beatā virginē ꝛ sctōs hec luminaria aspiciebant. de quibus dicit theuma. Eadē ꝛ nos aspiciam⁹ aspectu practico per imitatiōem scilicet operis ꝛ saluabimur: nec aliūde patet salus. q̄m fundamētum aliud nemo potest ponere preter id qd̄ positū est. i. Corinth. iij. Ibi nō videbimus scꝫ blasphemias: nō iracūdias: nō rixas: nō ludos dissolutos: nō aliud quod displiceat: sed poti⁹ viā vite et veritatis. Et tūc nobis dici poterit. Bti oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis.

¶ Pro fundamento mouet questio. An naturali dictamine hō in presenti vita posset cōijcere vl' cognoscere ad salutē necessaria. R̄ndet Sco. i. q. plogi scꝫ ꝙ cū cuilibet agēti propter finē cognitio finis et medioꝝ sit necessaria ꝛc. et posita tota cognitione sine operatione intellectus agētis: ꝛ fantasmatū multoꝝ complectiones quoꝝ cognitio ē necessaria ad salutē nobis remanēt: vtpote de noticia trinitatis: vnitate essentie: de felicitate in corpore ꝛ aīa obtinenda: ꝛ de medijs p̄ que peruenitur ad hāc felicitateꝫ. Cū hec media pure dependeant a diuina acceptatiōe naturali dictamine hoc cognoscere nequim⁹. Sed querit supnaturalis noticia a deo reuelante tradita: q̄ noticia informat vitā nostram eidē noticie tanq̄ꝫ regule conformando in eadē noticia iugiter meditando. Sed prothdolor pauci sunt q̄ hoc faciāt Et ideo nulli mirū esse dꝫ si plures dānent. dr̄ em̄ in auctētica. Cū de appellatōe cognoscit paragrapho. Aliō quoq̄ꝫ. versiculo causas collatione. viij. ꝛ habetur in glosa. c. qui tauallis de iureiurādo in anti. Quod si quis manus in parētes iniecerit, vl' enormē iniuriam eis irrogauerit hereditate parentum venit priuādus: ad vos scelesti pctōres fert verbū meū. quid de vobis ꝛ vbi locabimini: quid ve ieternū possidebitꝭ ne dū semel imo pluries verū cōtinue deū patrē v̄rm p̄cutitꝭ imo rursus crucifigitis. supra dorsum meū dicit ipse malleatis fabri pctōres. ad hebre. vi. Rursus crucifigentes sibimetipis filiū dei. O filij neq̄ꝫ ꝛ degeneres quotidie blasphemātes p̄ carnē per sanguineꝫ p̄ corpus

per caput p plagas p mortē deū abnegātes
ludis prohibitis insistētes inuicē fraudan-
tes iniq̄ cōuersantes luxurie ꝛ luxuriose oī
tēpore viuētes q̄d despatis. An illū mētiri
putatis q̄ dicit Malach.i. Si ergo pr̄ vester
vbi ē amor me⁹. Si ego dn̄s vbi timor me⁹:
desistatis q̄so. q2 nunq̄ꝫ pr̄ iniuriatus a filio
tā egre filij tulit offensaꝫ: q̄tuꝫ de⁹ vester a
vobis offensus moleste fert. vr̄aꝫ culpā. ocu-
los ergo vr̄os apite ꝛ q̄ saluti vr̄e sunt acco
moda respicite vt sic vidēdo verū sit qd̄ dr̄ in
verbis preassumptis. Beati oculi q̄ vidēt q̄
vos videtis.

¶ In p̄nti sermone duo sunt videnda.
Primū q̄ hoi desideranti salutē sunt vidēda.
Scōm que visionē salutiferā impediūt sūt
reprimenda.

¶ Quo ad primū. ps.cxxij. Sicut oculi ancil
le in manib⁹ dn̄e sue ita oculi ꝛc. Et sicut o-
culi seruoꝝ in manib⁹ dn̄oꝝ suoꝝ: ita oculi
nr̄i ad dn̄m deū nr̄m donec misereat̄ nostri
Quilibet ergo vt deo placeat dꝫ q̄rere more
boni serui. q̄m vt ait de lyra. Totū bonū ser
ui depēdet a dn̄o. Serui ergo vt grati sint
dn̄is suis tria aspiciūt que nos aspicere d̄be
mus vt deo grati simus.
Primū quid a deo precipit̄.
Scōm illud quo deus offendit̄.
Tertiū illud q̄ de⁹ offensus recōciliat̄.


Diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīma tua.Mat.xxij. Suadeo tibi emere aurū ignitū ꝓbatū vt locuples fias ⁊ vestimētis albis induaris ⁊ nō appareat cōfusio nuditatis tue.Apoc.iij.Quātū estimationis ⁊ desiderij aīe debeat inesse sup̄ h̄nda charitate verbis subsumptis ostēditur,vbi tria notantur.

Primū ē charitatis excellētia.
Scd̄m ē eiusdē obtinētia.
Tertiū ē ipsi⁹ efficientia.

¶Quo ad primū excellētia charitatis noīe auri p̄figurat̄. Aurū em̄ oīa metalla sup̄at in valore ⁊ in p̄ciositate. Sic charitas oēs virtutes.i.Cor.xiij.Maior aūt horū ē charitas.p̄cellit em̄ charitas oēs v̄tutes,

In formatiōe.
In acceptatiōe.
In assimilatiōe.

¶Uirtutes em̄ cetere possunt eē iformes:sola charitas informis eē nequit. Ip̄a est em̄ forma finis ⁊ ꝑfectio virtutū.i.Thimo.i.ca. Charitas ē finis p̄cepti.i.adipletio.,ad Ro.xiij.Plenitudo legis ē dilectio, ip̄a sola charitas per se sola a deo acceptat̄ ⁊ opera aliarum ꝑ eā.i.Cor.xiij. Si habuero sp̄m ꝓphetie:⁊ si dedero oīa ⁊ charitatē n̄ habuero:nihil mihi prodest.Prouer.viij.Ego diligētes me diligo. Propterea sola assimilat̄ deo.i.Joh,iiij.Deus charitas ē ⁊ q̄ manet in charitate ⁊c.Propterea Aug.de morib⁹ eccesie. Cum cetere virtutes bonis ⁊ malis sint cōmunes:vcʒ fortitudo: pulchritudo:sanitas: agilitas:scīa ⁊c. sola charitas excepta ē: q꞉ terminus bonorū ē.Ex q̊ aūt tanta ē merito dʒ perquiri ⁊ obtineri. Sed de mō d̄r Apoc.iij.Suadeo tibi emere:s̄ q̄ pecunia ⁊ in qua apotheca.Constat em̄ ꝙ emptor pecuniam dʒ dare ꝓpriā venditori:qm̄ si de rebus vēditoris vellet mercantiā soluere: nō esset emptio.Querat ergo in se emptor denarios ꝓprios ⁊ monetam:⁊ nil a se ꝓprium inuenit nisi peccata.Apotheca vbi venditur hoc aurum sancta crux ē. Ueniat ergo q̄libet peccator ad pedē crucis ⁊ ibi deponat pecuniaʒ proprie iniquitatis ⁊ aurū charitatis recipiet.Suadebat hoc Isa.lv.q̄ dicebat.Oēs sitientes venite ad aquas:charitatis supple. Et qui nō habetis argentum bonorū operū ꝓperate et comedite. qd̄ si querat q̄s.q̄d faciet d̄ hac moneta:r̄ndet ꝓpheta Micheas vij.c.deponet oēs iniq̄tates vestras et proijciet in ꝓfundū maris oīa pctā v̄ra. Profunditas h⁹ maris ē abyssus aīe xp̄i in passiōibus ⁊ doloribus maximis amaricate.Sed queres si libēter pecuniā pctōrū n̄rorū acceptabit.Respōdet Isa.liij.ꝙ dn̄s sup̄ euʒ posuit iniq̄tates oīm nostrorū quo ad sufficiētiam. Quid autem seq̄tur ex hac charitate sic habita:notatur cum d̄r. vt locuplex fias et vestimentis albis indueris.Sapiē.ij.Uenerunt aūt mihi oīa bona pariter cum illa. Charitas em̄ in aīa exn̄s om̄s operationes actualiter vel virtualiter ꝑ deū facit meritorias.s̄m illud p̄s. Oculi dn̄i supple approbationis sup̄ iustos:⁊ aures eius ⁊c. He operationes sūt vestimenta illa alba q̄bus aīa indui debet.De q̄bus Eccl̄.ix.Omni tp̄e vestimenta tua sint cādida. Et ꝓth dolor filij Adam excecati hoc aurū charitatis peruipēdentes stercora p̄ntis seculi amplectuntur. quibus clamat p̄s.Filij hoīum vsq̄ q̊ graui corde.An ignoratis illud.i.Johan.ij. Qm̄ q̄ diligit mūdū nō est charitas patris cū illo. ⁊ Jaco.iiij.Qui voluerit amicus esse huius seculi:inimicus dei efficiet̄.Charitatē ergo cupite que diuinorū bonorū est acq̄sitiua ⁊c. sitis participes oīm bonorū eccle.de cōse. di.iiij.Ecclīe charitas. Et hoc donū desiderandum est sup̄ oīa:qd̄ saluator indicare voluit

dicens. Diliges dñm &c.

¶ Pro fundamēto mouet̃ qō. An possibile sit ꝑ statu pñti deū diligere ex toto corde: ꝛ ex tota aīa ꝛ ex tota mēte. Videt̃ ꝙ nō: qꝛ status vie nō ꝑmittit sp̄ de deo cogitare: cū requirat distractionē circa q̄ corpis sūt. Cōtra hoc ē primū mādatū in euangelio. Dicit̃ ergo nō est impossibile: qꝛ nullū mādatum precipue in noua lege est impossibile. Rñdꝫ Bonauēt. di. xxvij. iij. ꝙ hoc ꝓceptū impleri posse pōt intelligi dupl'r.

Primo negatiue.

Scdo affirmatiue.

¶ Negatiue nihil cogitet velit vel faciat cōtra dei dilectionē. ꝛ istud ē possibile viatori mediante diuina gr̃a: qua oē pctm̄ pōt euitari. Aliomō affirmatiue: vcꝫ ꝙ sp̄ actu toto corde: tota aīa ꝛ tota mēte ferat̃ i deum: ꝛ sic nō est possibile ꝑ statu isto ꝙ hō diu sit quin aliquid aliud a deo cogitet. ꝛ hoc de. l. cōi: qꝛ de priuilegio speciali potuit dari aliq̄bus vtpote virgini gloriose ac alijs fortasse: qui per aliqđ spaciū ferebant̃ total'r in deū.

¶ Nota aūt ꝙ s̄m alexādrū in tertia ꝑte ex toto corde ꝛ ex tota aīa: ꝛ ex tota mēte triplex inducit̃ amor: quē ad deum debem⁹ habere: scꝫ

Intellectualis ex toto corde. i. intellectu sine errore.

Affectualis ex tota aīa. i. volūtate sine contradictione.

Et memorialis ex tota mēte. i. ex mēoria respectu sapientie bonitatis et potentie sine obliuione.

Miret̃ nullus si plures dānant̃. Dr̃ eñ. C. đ liberis ꝛ eoꝝ liberis. l. ij. Libertus ingrat⁹ suo patrono in seruitutē pristinā redigit̃. đ clericis ordinādis ca. nullus di. Si q̄s đ seruis suis quēq̄ꝫ libertati donauerit: ꝛ ipsum in presbyterū ordiari fecerit. Ille aūt postea in superbiā elat⁹ dño suo horas canonicas psallere noluerit: accusat⁹ apđ epūm degradet̃. hec ibi supple in pristinā seruitutē redigat̃ tanq̄ꝫ ingrat⁹. Ad vos sit verbum hoc ingrati: sceleratiq̄ꝫ pcōres petit a vobis patronus vr̃: scꝫ xp̄s qui vos a seruitute pcti liberauit: vosq̄ꝫ ad ordines angeloꝝ ꝓmouit: vt sibi s̄uiatis ꝛ grati sitis. Nō vultis eū audire: s̄ poti⁹ die noctuq̄ꝫ i luxurijs spurcitijs ludis ꝛ blasphemijs occupamini: q̄si sitis đ numero illoꝝ đ quibus Isa. xxviij. Percussimus fedus cū morte: ꝛ cū inferno facim⁹ pactū. ꝓth dolor cōtēdūt nūc peccatores q̄s pl⁹ deū offendat: quis plus terrēa ambiat: q̄s pl⁹ in ista vita viuat: ac de deo nō curant. mirū nō erit: si a deo relinquamini. quo cōtra ne hoc vobis cōtingat: ad deū redite iuxta rñsū factū legisperito. Diliges dñm &c.

¶ In isto sermone erūt due ꝑtes.

Prima q̄liter sic elicit̃ dilectio dei.

Scđa q̄đ ē impediēs amorē dei.

¶ Quo ad primā: nota ꝙ diuina dilectio vt ex sacra scriptura pꝫ ꝛ dictis sanctoꝝ elicit̃ quattuor modis.

Primo cōplacēter.

Scđo ordinabil'r.

Tertio obediēter.

Quarto appreciabil'r.

¶ Primo ergo dꝫ diligi deus cōplacēter. diligere eñ aliquē s̄m ph'm. viij. Ethic. ē velle eius bonū gr̃a sui: ꝛ dr̃ amor amicitie. Et si per nr̃m velle bonū dilectio possit inesse: vtpote: qꝛ nr̃m velle auxilio vel subsidio nō indiget saltem bonū dilecti nobis placere dꝫ. Sic dicit ꝓsper. Quid ē deū diligere nisi illi copulari aīo: sibi cōplacere fruēde visiōis causa: affectū peccati odire: mūdi fastigium cōtēnere. Dionysi⁹ q̄ꝫ de diuinis noībus dic̄ dilectio est animi motus intimus in deum tendens nō permittēs dilectorē suijpsi⁹ per mentis sobrietatem: sed eius qui diligit per mētis excessum. hec mētis dilectio seu eleuatio: ꝛ si sepe deberet elici saltē diebus dñicis ꝛ festiuis. Sic eñ dicit Scđo. di. xxviij. iij. Quod preceptū de diuina dilectione nō tm̄ est negatiuū: s̄ affirmatiuū: vt. s. t̄pe debito diligamus qđ eccl'ia videt̃ specificasse i ꝓcepto de sanctificatiōe sabbati. Qđ si aīales ꝛ rudes asserant se nō posse cogitare de dō nitantur de sacra redēptoris hūanitate meditari et de passione ei⁹ medullitus cogitando eidē intime affici: vt de tali. verificet̃ illđ. ij. Reg. i. Doleo sup te frater mi Ionata decore nimis ꝛ amabilis sup amorē mulierum. sicut mat̃ vnicū amat filiū: ita te diligebā. Sic q̄ꝫ dr̃ de cōsecra. di. v. ca. ieiunia. In hac die nihil agat̃: s̄ dūtaxat hymnis ꝛ laudib⁹ diuinis intendat̃. Sed q̄s est nunc qui menetenus de deo cogitet q̄ mentem suā ad dī bonitatē: sapiam: miam: clemētiā: iusticiā:

pulchritudine;: et deliciositatē eleuet. Sed de huius enim seculi delicijs dicit ps. Oculi stultorum in finibus terre. de virtuosis vero dr. oculi sapientis in capite ei⁹. Eccl'.ij. Caput autē viri xpus.i. Cor.xi. O q̄ paruū hoies p̄ntis seculi de deo cogitāt. testimoniū ferāt ranco rosi: inuidi: fraudulēti: vsurarij: luxuriosi: et nō solū seculares et ignorātes: verūetiā eccl'a stici et religiosi. Ita vt de omibus talib⁹ vere possit dici illud Mat.ix. vt qd cogitatis mala in cordibus vris. et ysa.i. Auferte malū cogitationū vrarū, ab oculis meis dicit dominus: hic libet querere. ¶ Utrū in sola cogitatione sit peccatū: Rńdet Alexā. in.ij. pte q peccatū nō ē in cogitatōe pure speculatiua. Primo pctm̄ enim formaliter ē in voluntate: licet actus intellect⁹ possit deformari vt dicit sanctus Bonauē. di.xl.ij. Cogitatio aūt h̄ns delectationē adiunctā scienter et deliberate respectu eiusdē obiecti prohibiti vtiq3 periculosa ē ßm eūdē Bona. di.xxiij.ij. Tho. et Richar. Tales qui in talib⁹ spurcitijs delectantur similes sūt filijs Jsrael: q in deserto exeūtes recordabanẗ cibo⁊ quos habuerāt in egypto: vtpote allia cepe et carnes. O de⁹ si sola delectatio talis a deo piculosa ē: qd eē poterit de volūtatibus: qd de actibus: dicant nūc peccatores dānati: qd dieb⁹ dn̄icis cogitant: qd dicāt aut qd faciant: pietes eccl'a⁊: si oculos si aures: si deniq3 os hērēt vtiq3 qd fit in ecclesijs nr̄is dieb⁹ dn̄icis et festis d' lenocinijs: aut spurcitijs: verba: cogitationes pessimi gerūtur durantib⁹ missis et vesperis ludis quoq3 et ebrietatib⁹ dies festi exponūtur: vt vere et nō immerito clamet Jsa.i. de talibus. sabbata vestra abhorruit aīa mea. Pōderaq3 q cōmittentes pctm̄ mortale de genere ßm de lyra duo frangit p̄cepta: quādo fit die dn̄ica. O indurati deū diligite: qm̄ ipse prior dilexit nos. Scdo d3 diligi ordinabiliter.i.ad Cor.x. Omnia quecūq3 facitis in verbo aut in opere in gloriā dei vestri facite. hoc signū potissimū est q dilectus ameẗ in omnibus. ipse et honor eius q̄ritur et merito debent omia referri in ipsum: qm̄ sicut ipse est primū principium. Sic est finis vltimus oim. Apoca.xxij. Ego sum alpa et o principium et finis primus et nouissimus. quare recte huic legisperito: et cuilibet saluari cupienti dicitur. Diliges dn̄m &c.

¶ Quo ad scdm̄ principale viso qualiter deus sit diligendus. videndum quid hanc dilectionem impedit. Et licet plura possint notari impedimenta tamen duo notabim⁹ Primum est mentis excecatio et inconsideratio.

Secundum est affectus deprauatio et induratio.

¶ De primo nūc videndū est. Certum ē enim q ßm Aug. in.vij. de trini. Qd inuisa possumus diligere: ß incognita nequaq3. Sic insensati hoies p defectū cōsiderationis: recōsiliatiōis et recollectiōis i deū ipm non diligūt. vnde merito dr Jsaye xlvi. Redite puaricatores ad cor. Mod⁹ autē recognoscēdi deū est per creationē et per fidē. Et quomōcūq3 cogitetur d' deo. Si bene p̄sidereẗ inuenitur in eo ratio ois diligibiltatis. de modo aūt cognoscēdi deū p creaturas dr Roma.i. Inuisibila dei diuineq3 p̄fectiōes per ea q̄ facta sūt a creatura mundi.i. ab hoie intellecta p̄spiciūtur. et Sapi.xiij. A magnitudie speciei rerū poterit earum creator cognosci. Quid magnitudo: plenitudo: pulchritudo: operatio: et ordo rerū ßm ratōes durationis sit uationis et iflūetie nil aliud p̄tēdūt: q̄ potētiā: sūmā sapiētiā: bonitatē: pulchritudinē: speciositatē: incōicabilē cum eo a quo oīa hec p̄cesserūt. Quod si qd brutalis asserat se nihil videre de deo. Audiat Gregor. i dyalogo dicētē. Si puulo i carcere nato mater recitat de altitudine celi et latitudie terre nūqd que puer nō vidit matri credere debet. Per fidē deū possum⁹ cognoscere q̄ nob asserit ecclesia. Que etiā fides nobis inestimabilia bn̄ficia collata p̄dicat: creatōis incarnatōis passionis cōseruatōis iustificationis grē q3 singularis. Si qd ergo diligitur: q2 bonū: q2 pulchrū: q2 bn̄ficiū diligiẗ ille q̄ in se ē optim⁹: pulcherrim⁹: potētissim⁹: ac summe nobis beneficus. Di Berna. libr. de diligendo deum. Si pigeat amare reamare non pigeat. Sed prothdolor cōqueriẗ deus de ingratis pctōribus Jsa.i. Bos cognouit possessorem suū et asinus presepe dn̄i sui: populus aūt meus non me cognoscit. obliti sunt deum ait ps. q̄ saluauit eos: qui fecit magnalia in egypto. O duri et indurati filij Adam ait Bernar. in eodem sermone. Quos non emolit tanta charitas: tanta ar

doris flāma: tā ingēs ignis amoris: q̄ pro tā vilibus sarciūculis tā p̄ciosas merces effu- dit. hec p̄funde cogitate capitaq̧ erigite: ⁊ iuxta thema assūptū diliges dn̄m deū tuū. Et pro cōclusiōe sicut filij dei.

¶ Do.xvij.post penthe.post prandiū. Sermo.xxxij.



Iliges do- minū deū tuū. vbi. s. vide te quō caute ambuletis nō quasi insipiētes sed q̄si sa- piētes redimētes tp̄s q̄m dies mali sūt. Ephe.v. ⁊ in ep̄la hodierna. Ad portū salutis volētes attigere verba sūt ista vbi tria notant.

Primū opatio q̄ supponit.

Scd̄m cautio q̄ inducit.

Tertiū negligētia q̄ rephēdit.

¶ Pro primo opatio hic supposita ⁊ ambu- latio in via. s. salutis oēs tēdim⁹ ad mortem imo quotidie bibēdo ⁊ comedēdo. ij. Regū. xiiij. Oēs morimur ⁊ quasi aque q̄ nō reuer tuntur sup terrā dilabimur. Operari autē salutē nr̄am ⁊ deambulare debem⁹ p̄ opera virtuosa si saluari volum⁹. Sic dicebat sal- uator apl̄is Joh. xv. Ego vos elegi de mūdo vt vos eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus ve- ster maneat. Nō em̄ habemus hic ciuitatē manentē: s̄ futurā inq̄rim⁹. Heb. xiij. Ibunt ait p̄s. de virtute in virtutē donec videat de us deoꝝ in syon. In figura h⁹ filij israel p̄ .xl annos ⁊ .xl. māsiones in deserto ad terram p̄missionis puenerūt. ⁊ saluator nr̄ p̄ tres q̄- terdenas descēdit in virginē vt vȝ det intel ligi q̄ decē p̄cepta decalogi sunt ⁊ q̄ttuor e- uangeliste in fide trinitatis: put declarat hie ronym⁹ i homelia natiuitatis virgīs venerūt ad iordanē gr̄e cōfirmate ⁊ terrā p̄missiōis intrauit. Sic paꝝ ē ambulare nisi q̄s debi- te ambulet. Oēs q̄dē currunt in stadio: sed vnus accipit brauiū. i. Coꝛ. ix. Propterea di cit caute ambuletis vel ambulem⁹: q̄ malū hȝ rōnē infiniti: p̄p hoc maliciā ⁊ defectum facile ē contingere. Et dionysius de diuinis noib⁹. bonū existit ex cā integra: malū āt ex singulis defectib⁹. Jō merito cauete ambu- landū ne vȝ q̄d cōmittat aut omittat siue i actu siue in circūstātijs necessarijs ad salu- tem: q̄d vt fiat habeat charitas ⁊ q̄diu i a- ctu seruabit nihil mali pōt accidere. vn̄ ha- be charitatē ⁊ fac q̄cq̄d vis. Si nō vales oēs paginas scrutari oium sermonū volumina euoluere: oia secreta penetrare tene charita tem vbi pēdēt oia. hec ille. in libro de laudi- bus charitatis vt estimo petētib⁹ iter sepe di citur aspicite vel ite ad crucē ⁊ iter crucis ca pite. Sic ⁊ cunctis x̄picolis d̄r. Ite ad crucē et ibi fornacē charitatis accēsam in filio et matre inspicite. filius em̄ p̄ patris sui hono re ⁊ matris amore in cruce morit. Mat vo ex filij cōpassione intime lacerat. mr̄ tamē dilectione ac. dei charitate victa filiū moriū indignatur. Iter hoc capite nec deficietis. Merito ergo decetero debemus ambulare redimētes tp̄s tā multipliciter ⁊ tā vane p̄- ditum. Dies mei dicebat Job velocius trāsi erūt q̄ȝ tela a texēte succidat. Sȝ p̄h dolor filij adam vt d̄r. Ephe. iiij. Ambulabāt in va- nitate sensus sui obscuratum h̄ntes intelle ctum p̄p ignorantiā q̄ in illis. ⁊ Philip. iij. Multi ambulāt q̄s sepe dicebā vobis: nunc autē et flens dico inimicos crucis x̄pi quoꝝ finis interitus ⁊ gloria in cōfessione est: q̄d ne vobis cōtingat qualē faciat iuxta r̄nsum legisperito. diliges dn̄m ⁊c.

¶ Pro fundamento mouet q̄ō. An eadē cha ritate diligat deus ⁊ p̄ximus maxime cuȝ latria qua de⁹ colit: ⁊ dulia qua honorat p̄ri mus siue creatura sint distincte sp̄es? Ridȝ magister sententiaꝝ: ⁊ doctor subtilis distin. xxviij. iij. Eadē charitate ⁊ dilectione q̄ ad habitum q̄ d̄r pro tanto: q̄ lȝ charitas ⁊ di lectio possit sumi pro eodē: sepius t̄n dilectō nominat actuȝ quo diligitur deus ⁊ p̄xim⁹ Ratio cōmunis schole est hec. p̄ximus nō est diligibilis amore charitatiuo nisi p̄pter deū vbi vnū p̄p alteꝝ: ibi vnum tantū. Rō vero scoti prefata est hec. vnus ē habitus ⁊ idem actus recti ⁊ actus reflexi. Sed chari- tas diligit deū vel facit diligi ab actu r̄cto: p̄ximum aūt actu reflexo. Amor em̄ chari- tatiuus non ē amor zelotipus: diligens er- go obiectum charitatis actu recto vult si p̄- fecte diligat q̄ illud q̄d ipse diligit diligat ab omnibus quoꝝ amor nō sibi displicet. vo lendo ergo q̄ p̄ximus diligat deum maxi me diligit p̄ximus: q̄ nullū eius bonū ma ius potest velle p̄ximo q̄ȝ q̄ diligat deuȝ. Et

sic cum charitas actu recto tēdat in deuz et actu refiero in primū:oz ꝙ respectu dī ⁊ ꝓximi sit vn⁹ ⁊ idē habitus. Miref nullus si plures dānenf.lȝ eñ videaf obstinatis pctōribus se ingratos minime fore: vtpote cū sint xpiani:cū ad eccl'iam vadāt:cū missaz audiant:ac elemosynas aliqs faciant:ac ꝑ ꝯñs i pristinā seruitutē vt dicebaf in ꝓcedēti sermone nō sint redigendi. Audiāt tñ qd dicatur extra de donatiōib⁹.c. pp ingratitudīēz illius ꝑsone in quā libertas collata ē ꝑsōa datoris donationez reuocare pōt: vt si forte impias manus iniecerit i eū vel atroces iniurias ei intulerit: vel graue rerū suarū dānum fecerit.idē hʒ.C.de reuocādis donationibus.l.vlt. Attendāt hoc dānati xpicole ꝑmo se ⁊ alios ad peccatū verbo signo ⁊ exemplo ꝓuocantes si graue rez dispēdiū deo faciant aīas perdētes tāto ꝑcio redēptas. Cōsiderēt scdo blasphemi: sꝫ blasphemādo deo atroces iiurias irrogāt.perpēdāt tertio pauperum oppressores si ipias man⁹ in saluatorem suū iniciāt.hoc monebat attēdi q̄ dicebat.i.Pe.i. Scientes ꝙ redēpti estis de vana vra cōuersatiōe paterne traditōis nō auro vel argēto corruptibilib⁹:sed xpi sāguine precioso quasi agni incōtamiati. de scdo ait Isa.lij. Jugiter tota die nomē meū blasphemaf.de tertio. Sup dorsū meū fabricauerūt ⁊c. O duri filij adā attēdite saluatorē ꝑ bernar.dicētē. Nunqd satis afflict⁹ sū:nū qd ꝑ me?nō certe qui peccatū nō feci: sꝫ pp scel⁹ populi mei ⁊c. vt quid ergo afflictio das afflictionē?plus me grauāt vulnera pcti tui: ꝙ̄ vulnera corpis mei. Eya pctōres redite ⁊ iuxta verbū ꝓmissū.Diliges dñm ⁊c.

¶ In isto sermōe erūt due ꝑtes,
Pria q̄liter dei dilectio sit eliciēda.
Scđa ꝑ qd eadē dilectio sit impedita.

¶ Quātū ad primā dr ꝙ hec dilectio dʒ elici obediēter.de⁹ sic dʒ diligi vt sibi obediaf. Jo.xiiij. Si qs diligit me sermonē meū ſuabit. vbi ait Greg. probatio dilectiōis exhibitō ē operis.hic primo lʒ querere an dei mādata sine gratia vel charitate valeāt impleri maxime cōmendato⁊ obseruanf ꝑducāt ad vitam sempiternā. Mat.xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Quo cōtra tñ possetarguī:qꝛ qui nō seruat mādata mortalr peccat:⁊ sic cū nullus sciat se hr̄e grām:⁊ obseruatio erigat charitatē:nullus erit certus si mortale peccatū euitet. Ad hoc r̄ndet seraphicus doctor sanctus Bonauē.⁊ etiam Richar.di.xviij.ij.ꝙ obſuatio mādato⁊ pōt cōsiderari dupliciter. Uno mō q̄tū ad substātiam.alio mō meritorie ⁊ ad euitandū nouū peccatū mortale:⁊ sic liberū arbitriū ratiōe vtens gratia gratis data sibi assistēte mandata pōt iplere. Alio mō meritorie ⁊ ꝑ obtinēda salute:⁊ sic liberū arbitriū nequit mādata implere sine gratia ⁊ charitate:qꝛ nulla operatio pōt placere deo nec esse retributione digna nisi primo operāſ dō sit accept⁹. debet ergo deus obediēter diligi vt vcȝ si hō sit sine pctō pp dei amorē peccatū nitaf deserere ⁊ mādata obseruare:vt de cōgruo saltem grām mereaf. Si vero sit iaȝ in grā nō sufficit ꝙ quis dicat se hr̄e bonā volūtatez:si operandi assit facultas.de dilectiōe ergo cōditoris interrogef mens lingua ⁊ conditio operis. Sed si corde diligat ⁊ ope pp deum ꝑficiat:⁊ in gratia sit meref de cōgruo ⁊ de cōdigno. Deute.xv. Si audieris vocē dñi dei tui ⁊ custodieris vniuersa que iussit ⁊ q̄ ego hodie precipio tibi benedicet tibi vt pollicitus est. Audi ergo Prouer.i. Fili mi disciplinam patris tui:⁊ ne obliuiscaris legē mr̄is tue:vt addaf gratia capiti tuo ⁊ torques collo tuo.hic amor obediētie dʒ esse tantus: ꝙ nec amore nec timore retrahaf hō ab obseruantia mandato⁊ dei. Qui eñ amat p̄rem aut matrē plusꝙ̄ me nō ē me dign⁹. Mat.x.⁊ Luc.xiiij. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrē suū ⁊ matrē: immo etiā ⁊ aīam suā.i. vitam aīalē nō pōt me⁹ eē discipulus. Pro nullo eñ dāno seu timore dʒ fieri pctm̄ mortale. de his habetur extra de his que vi metusue cā fiunt.ca.sacris. Sed nunc qs est q̄ sic deū diligat. Sic ait grego.interrogef aliquis an deū diligat. R̄ndet primus diligo. Sed ait idem vere diligim⁹ si mādata eius custodim⁹. Qui eñ dicit se nosse deū:⁊ mandata eius nō custodit mendax ē.i. Johā.ij. Queratur nūc in quolibet statu etate cōditione ⁊ sexu. Quis ē q̄ diuina mandata custodiat. R̄ndet Isa.i.c. Ue genti peccatrici semini neꝙ̄ filijs sceleratis dereliquerūt dominū ⁊ abalienati sūt retrorsū. Testes sunt oīm qualitatū hoīes in criminatiōib⁹ sortilegijs ac inspectiōib⁹ manuū ⁊ sōnio⁊ꝫ

necnõ documentis artiũ magicaꝝ dediti si
deo obediant an passim ac cõtinue cõcurrẽ
tes:ac de re illicita iurantes ⁊ humanitatẽ
saluatoris nostri paruipẽdentes: ⁊ si in deo
obtẽperant indifferẽter odia mortalia ꝯuã
tes: matrimonio abutẽtes:vel matrimoni-
um indebite cõtrahẽtes:votaqꝫ castitatis ⁊
ordinũ sacroꝝ frangentes deũ diligãt. Cer
te:tales deũ si fateanť ore:factis tñ negant
Propterea dr Isa.xxx. Ue vobis filij deserto
res:supple legis diuine dicit dñs vt faceretis
consiliũ ⁊ nõ ex me ⁊ ordiremini talem scꝫ vi-
te vestre ⁊ nõ ꝑ spm̃ meũ vt adderetis pcťꝫ
suꝑ peccatũ: qui ambulatis vt descendatis.s.
in infernũ. Prouer.ij. Relinquũt iter rectuꝫ
et ãbulãt ꝑ vias tenebrosas. O pctõres obe-
dite deo: qm̃ exilis esset amor subditi ad pre
latum si i nullo suũ ꝯuaret ꝓceptũ. ¶ Quar
to dꝫ diligi appreciabiliť.poniť hic modus
diligendi deum a sco.di.xxvij.iij. Et hoc taꝫ
intensiue qꝫ extensiue:hoc ẽ ꝙ anim⁹ diligẽ
tis dꝫ potius oia velle nõ eẽ qꝫ deũ: ⁊ omia
perdere qꝫ ipm: ⁊ vt firmi⁹ feruẽti⁹ ⁊ tẽtius
actu elicit o volũtatis deo inhereat qꝫ cuicũ
qꝫ rei. Sic inherebat q̇ dicebat. Inueni quẽ
diligit aia mea:tenui eũ nec dimittam. Cã
ti.iij. Sic apl's ad Phil.iij. Oia detrimenta
feci ⁊ arbitratus sũ vt stercora vt xp̃m lucri-
faciã. Sic fecit ⁊ beatus. Francisc⁹ hic excla
ma cõtra auaros ydoloꝝ seruitores quib⁹ ꝑ
fas ⁊ nefas sufficit bona tꝑalia cõgregare.
Cõtra ambitiosos ꝑ symoniã ⁊ pacta illici
ta:cupientes beneficia possidere. cõtra luxu
riosos ⁊ gulosos quoꝝ deus vẽter ẽ:qb⁹ xp̃s
oibus in medio exprobrabit vt Crisosto.suꝑ
matheũ. Ego propter vos delusus suꝫ:flagel
latus sum:crucifixus suꝫ. Ego dilexi vos su
per omnem creaturã ⁊ vos plus oia alia qꝫ
me dilexistis. O pctõres dãnati hoc ẽ dam-
natione digni ad deum redite. O homo de-
um dilige: quia hoc est maximum manda
tum ⁊c.

¶ Quo ad scdam partẽ videndum est de se
cundo impedimẽto diuine dilectiõis quod
ponitur.s.affectus induratio. Et sequiť ad
primũ qd est mentis excecatio. Queãdmo-
dum enim ignis a carbonibus assatis hũo
rem extrahit et carnẽ duram inficit. Sic in
uolutio temporaliũ ⁊ mundialium menteꝫ
excecat ac deuotionem ⁊ cõpunctionem tol-
lit ac demũ mentem duraꝫ efficit. Nouerat
autem hoc qui dicebat. Percussus sum vt fe
num ⁊ aruit cor meum:qr oblitus suꝫ come
dere panem meum:qui.s.de celo descendit.
Animalis enim homo non sapit ea que dei
sunt.i.Coꝝ.ij.⁊ Jacobi.iij. Non est ista sapi
entia de sursum descendens:sed terrena ai-
malis ⁊ diabolica: qua cum quis fuerit im
butus animus eius induratur: de deo non
curat:de anima non cogitat:⁊ fineꝫ vltimũ
non perpendit nec ponderat:id est iudiciuꝫ
eternum non formidat: vt verificetur illud
quod Prouerbiorum.xviij.scribitur. Impi⁹
cum in profundum venerit contempnit ⁊ se
quitur cum ignominia. Talis certe põt di-
cere illud ps. Infixus sum in limo profun-
di et non est substantia:quoniam vcꝫ de pec
cato in peccatum ruit. Nota autem ꝯm Bo-
nauenturam.distin.i. ꝙ cor induratum me
thaphorica est locutio,dicitur enim durum
in materialib⁹ qd

Difficile suscipit.

Alteri resistit.

Et quod in se compactum consistit. sic vtiqꝫ
peccato induratus qui gratiam spiritussan
cti non recipit: qui diuine miserationi resi-
stit: ac proprie complacentie ⁊ voluntati in
tendit:cor tale durũ male habebit in nouis
simo. Eccl's.iij.capi. Cor autem durum inq̇t
Bernardus de consideratione ad eugeniuꝫ
est vt in breui tibi comprehendam ⁊ cõple-
ctar quod nec deum amat: nec hominem re
ueretur. O pauperculi mundani. O miseri
peccatores. O infelices huius seculi culto-
res ad deum redite. Unduꝫ promisit per Eze.
xi.ca. ꝙ daret aquam mundam compuncti
onis.s.⁊ gratie ⁊ ꝙ auferret a vobis cor lapi
deum ⁊ durum ⁊ daret cor molle ⁊ carneuꝫ.
Utinam sanguis ille passionis christi q̇ pe-
tras scindi fecit nostra corda scidi faciat vt
deum diligamus,iuxta responsum legispe-
riti. Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo. Quia radix omnium malorum ẽ
cupiditas.i.Thimo.vi.⁊ radix oim bonoruꝫ
est charitas.⁊ simul ambe eẽ nõ possunt: ni
si vna penitus euulsa fuerit alia plantari nõ
potest. Sine causa conatur aliquis incide-
re ramos si radicẽ nõ cõtẽdit euellere.

¶ Dominica.xviij.post penthe.
Sermo.xxxiiij.



Urge et ambula. Math.ix. et in euangelio hodierno. Audite vocem meã: et facite oia q̃ ego preci pio vobis: et eritis mihi i populũ et ego ero vobis i deũ. Hier. vij. Spũssancti ad oẽs de salute sua sollicitos verba sunt ista: in qbus duo notant.

Primũ ẽ meritoria actio.

Scdm ẽ gliosa pmiatio.

¶ Pro primo nota q̃ meritũ fm Sco. disti. xvij. iij. est actus elicitus ab aliquo a dõ acceptus p quo ab acceptante debet aliquid operãti vel illi p q̃ operat. Nihil autẽ põt a deo acceptari nisi fiat fm ei⁹ volũtatẽ. faciẽdo aũt illud qd dñs pcipit hõ nõ põt deficere. Isa. xlvi. Ego dñs de⁹ tu⁹ docens te vtilia: vtinã attendisses mãdata mea audiendo. s. et faciẽdo. vnũ eñ sine altero nõ sufficeret: q2 nõ auditores legis tm̃ iustificabũtur: sed factores. Ro. ij. Audiendo vero et faciẽdo que dñs pcipit hõ ẽ ei acceptus. ysa. i. Si me audieritis et precepta mea seruaueritis bona terre comedetis. Hodie ergo si vocẽ ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vr̃a. Et h̃ notat pmũ verbũ subsũptũ. Audite vocem tc. Pro secũdo ne miseri hoies vanũ putẽt dei pcepta seruare addit de seruãtib⁹. eritis mihi i populũ tc. hoc ei magnũ eẽ testat moyses. Deute. xxxiij. Beatus es tu israel quis similis tui i pplis: q2 elegit te dñs de⁹ tu⁹: vt sis ei ppl's peculiaris. q̃ si tãtã dignitatẽ reputabat illi pplo a gentilitate separato legislatore dotato mãna enutrito terrã materialẽ pmissionis hñti in pmisso. que glo dignitas est xpianis eẽ pplm xpianũ ab omi alia natiõe separatũ. Sacri euãgelij ore benedicto filij dei plati eruditũ. Preciosissimo corpore et sacratissimo sanguie iesu xpi educatũ. Regnũ celoꝝ ac societatẽ angeloꝝ habens in pmissũ. hãc dignitatẽ beat⁹ petrus ingerẽs xpianis dicebat. i. Pe. ij. Uos estis genus electũ regale sacerdotiũ gens sancta ppl's acquisitiõis vt virtutes annũcietis ei qui vos vocauit de tenebris i admirabile lumen suũ. Sed pth dolor cõquerẽs dñs d plu ribus q̃ vocẽ ei⁹ audire nolũt. ait Isa. lxv. p eo q̃ vocaui et nõ respondistis bono, s. cõsentiendo, locutus sum: et nõ me audistis: obediendo et faciebatis malum in oculis meis et q̃ nolui elegistis. et propter hec dicit dominus Ecce serui mei comedent et vos esurietis: letabuntur et vos confundemini. Eya miser peccator ne tibi sic contingat. Surge et ambula. Si ignoras quã viã debeas sequi: iter crucis apprehẽdas et nõ differas.

¶ Pro fundamẽto mouetur questio. An in omni actu nostro debeamus semper ambulare hoc est querere vtrum omnis actus deliberatus ab homine elicitus debeat semp in deum referri alioquin fiet ei demeritoriꝰ. Respondet sanctus Bonouẽtura similiter Scotus. iiij. distin. ij. Quod non omnis actꝰ deliberate factus est bonus vel malus moraliter. Sed est dare actum medium q̃ nec est bonus nec malus moraliter saltem i specie: licet aliud sit in esse indiuiduali. Ad cuius euidentiam dicit Scotus et Bonauẽtura: q̃ actum in deum referri potest tripliciter intelligi. Primo actualiter quando quis actu de deo cogitat et vult et hoc nõ oportz. est semus enim obligati ad impossibile. Secũdo virtualiter cum quis propter finem precogitatum vult aliquid licet actu de dõ non cogitet. vult Bonauentura quando in principio alicuius operis proponit totum facere propter deum habitualiter facit: quia videlicet fit ab habitu charitatis: licet de deo nõ cogitet actu: et ad hoc obligamur vt. s. habeamꝰ habitũ charitatis q̃ referre possumꝰ ad deũ actus nr̃os. Et per oppositum aliqd potest dici non referri in deum tribus modis: vez

Contrarie.

Priuatiue.

Et negatiue.

¶ Duo primi modi referendi in finem sunt boni moraliter et in habente charitatẽ sunt meritorij. Tertius autẽ modus referendi et non referendi est indifferens: sicut comedere bibere tc. et quia dic̃ Bernar. in via dei nõ progredi regredi est. dicit Bonauentura. q̃ hz intelligi qñ homo tenetur pgredi si non progredit. Surge ergo et ambula quoniaz est locus et tempus. Miret nullus si plures dãnent. Allegabũt forte aliqui: q̃ iuuẽtus est difficilis ad regendũ: nec deus est ita rigorosus: et maxime q2 sensualitas retardat

a bono ꝛ inclinat ad malum: ꝛ sic deꝰ mise-
rebit̃.sed audiant sic loquẽtes q̇d scribit̃ de
dolo.ꝛ cõtu.c.Cum dilecti.vbi notat̃ casus
de citato corã iudice siue põtifice rationabi
liter nõ comparente nec ꝓcuratorẽ sufficiẽ-
tem mittente: allegante ꝑ sua excusatione
calores estiuos q̇ tanq̃ ꝯtumax cõdemnat̃
Scribit̃ quoq̃.ff.ad legẽ aquileiaꝫ.l.si sere
nus.§.si focarius. Si ille qui fornacẽ cale
facit obdormiendo villã incẽdit ego de iniu
ria teneor si fui negligens in eligẽdo mini-
stros.Moralr̃ est sensualitas q̃ fornacẽ cale
faciẽdo vcꝫ carnẽ aliq̃n totã villã scꝫ anime
ꝛ cõscientie incẽdit quare ratio q̃ debuit co
hibere ꝛ nõ cohibuit tenet̃. Nam igit̃ ratio
sup iuuẽtutem querat̃ sed sup mũdanitatẽ
aut similia: q: hec oĩa nõ sunt nisi excusatio
in peccatis.A qua p̃s.q̃rebat liberari dicẽs
Non declinet cor meũ in ṽba malicie ad ex-
cusandas excu.ꝛc..dr̃ enĩ Gen̄.iiij.c.Subter
te erit appetitꝰ tuus ꝛ dñaberis eiꝰ. Omni
ergo excusatõe omissa cuilibet pctõri habẽ-
ti terrorẽ ꝯscientie immobilitatẽ in bono ꝛ
isensuabilitatẽ dr̃ surge ꝛ ambula. vbi duo
notantur.
Primũ est pcti derelictio.
Scõm est actuũ virtuosoꝝ ꝓsecutio.
¶ De primo.ad Ephe.v.Surge qui dormis
exurge a mortuis ꝛ illuminabit te xp̃s.sur-
ge inq̃ veraciter sine fictiõe: viuaciter sine
trepidatione: velociter sine tardatiõe.Circa
quod notãdũ ꝙ surgere debemꝰ ad tria.
Ad examinãdũ ꝓp̃am cõ sciam.
Ad agẽdũ ꝑfectã pniam.
Ad implorãdũ diuinã miam.
¶ De primo nũc agendo dr̃ ad Rom̃.xiij.Ho
ra enĩ est iã nos de sõno surgere.Cãti.iij.ca.
Surgã ꝛ circuibo ciuitatẽ. De q̃ ciuitate dr̃
in p̃s.Uidi iniq̇tatẽ ꝛ cõtradictionẽ in ciui
tate.Cũ tñ deberet esse santtificata vt xp̃us
habitaret in ea.Iuxta illud Eccl'a.xxiiij.In
ciuitate sctĩficata similit̃ reqeui.ꝛ Apo.xxi.
Ondit mihi angelus dñi ciuitatẽ sctãꝫ hie
rusalẽ descẽdẽteꝫ de celo hñtẽ claritatẽ dei.
Surgat ergo q̇libet ꝛ propriã vitã discutiat
Surge ergo.Cur iaces pronus ĩ terra.Iacꝫ
enĩ qui solũ de terrenis cõsiderat. Modus
aũt discutiẽdi cõsciaꝫ notat̃.Cãti.vij.vbi dr̃
Mane surgamus ad vineas.i.cõscias discu
tiendas: videamꝰ si vinea nr̃a floruit ꝛ si flo-
res fructus parturierit. Noĩe enĩ vinee con
sciẽtia interp̃tat̃: que si bõa fuerit facit fru-
ctum optimũ.Si mala ad nihilũ valet nisi
vt cõburat̃ sicut lignũ vitis.Eze.xv.Filij ho-
minis q̇d fiet de ligno vitis ꝛc.Mane g̃ de
bemus surgere ad discutiendã propriã ꝯsciẽ
tiam si facit fructũ bonũ: qm̃ arbor bona bo
nos fructus facit: mala vero fructus malos
Mat.vij.Uidere ergo debemus si vinea flo-
ruit.flores aũt sunt sacri ꝛ boni cõceptꝰ corã
deo redolẽtes ac sctã ꝓposita.vñ saluator cõ
ceptus ẽ in nazareth q̃ interp̃tat̃ floridꝰ: q:
initiũ salutis aĩe cõsistit ĩ bono ꝓposito. Pa
ruꝫ ẽ aũt ꝙ arbor cõscie floreat. Adest ꝙ bo
num facere ꝓponeret nisi effectui mandet.
Propterea vidẽdũ si flores fructꝰ ꝑturierint
id ẽ de sctis ꝓpositis venerint bone opatio
nes.Ad inueniẽdũ aũt quales opatões q̇s
fecerit p̊mo attendere ꝛ discutere oꝫ etates
suas.scõo ioca ꝛ loca in q̇bus cõuersatꝰ fuit.
Tertio occupatiões quibꝰ vacauit. Quarto
peccata q̇bꝰ deditꝰ fuit: q̇bꝰ diligẽter discussis
materiã plorandi iueniet. De sceleratis enĩ
pctõribꝰ applicatis ꝛ deditis ludis: luxurijs:
blasphemijs: vsuris: fraudibꝰ: ac piurijs me
rito põt dici illud Lu.xiij. Ecce tres ãni sũt
ex q̊ venio q̃rens fructũ ꝛ nõ inuenio.Tres
anni sunt tres etates.s.adolescẽtia: iuuẽtꝰ:
et senectus: in q̇bꝰ vniuersi pctõres nec flo-
rent nec fructificãt.Ideo seq̇tur.scindite il-
lam vt q̇d terrã occupat. O idurati filij adã
hic clamate q̇d in articulo mortis dicere po
teritis: Uerebar: ait iob.ix. oĩa opa mea sci-
ens ꝙ nõ parceres delinquẽti.Et si ille cuiꝰ
conscĩa nõ reprehẽdebat cor suũ in tota vita
sua verebat̃ sup oĩbꝰ opibus suis: quid face-
re dꝫ q̇ nunq̃ aut vix aliq̇d boni fecit. Mor
ti martini assistẽs diabolꝰ q̃rẽs rapere aĩaꝫ
eius ita vt clamaret sanctꝰ. q̇d hic stas cruẽ
ta bestia: Etiam morti bti berñ. nitens euꝫ
ducere in desperationẽ iterrogãdo si ꝓ tam
paruis bonis ꝑ eũ factis tã arduuꝫ bonũ sicͭ
est gl'a paradisi speraret.Quid ergo miseris
faciet: dãnati nẽpe hoĩes nũc passim tẽpus
male implẽt.Tenẽt: ait Iob.xxi. tympanũ
lyram ꝛ gaudent ad sonitũ organi. ducũt i
bonis dies suos ꝛ in pũcto ad inferna dscẽ
dunt.Taceo de cõuiuijs ꝛ bãquetis. Sꝫ qñ-
q̃ venient dies qñ hec ad memoriã reuoca-
bunt̃: s; tarde, Sic enĩ diabolus: vt ait btũs

andreas: egre deludit tandiu mētes ꝛ aīos hoim quousqꝫ nudi ꝛ rei a corpib⁹ exeāt aīe nihil secū preter pctā portātes. Surge ergo vt dr Jone pmo. vt qd tu sopore deprimeris Hec discussio die dñica maxime fieri dꝫ ꝛ fe stis i quib⁹ hō dꝫ redire ad cōsciaꝫ ꝓpriā at tendēs qd erit de se post hāc vitā. Jn figurā hui⁹ dr Hier. xvij. Custodite aīas vras ꝛ no lite portare pōdera in die sabbati. Sꝫ poti⁹ deponēda sunt illa quib⁹ se oneratū sentie bat ps. qn dicebat. Quoniā iiquitates mee supergresse sunt caput meū ꝛc. Surge ergo ꝛ ambula.

¶ Quo ad scdm pncipale paꝝ foret vitā pte ritā discutere nisi in futuro ꝛ decetero qlibꝫ vellet virtuose viuere ꝛ i meli⁹ ꝓficere. ꝓpt ea addit ambula. Volēs aūt aliqd iter pera gere tria dꝫ facere.

Primo rectā viā inquirere.

Scdo sumptus cōgruos portare.

Tertio iter ceptū cōtinuare.

¶ Sic vtiqꝫ charissimi qr ad patriaꝫ pgim⁹ hec tria facere debemus per quirēdo aut de via recta. ꝛ qs illā nobis mōstrabit. dr Sa pi. x. ꝙ iustū deducit dñs p vias rectas ꝛ oñ dit illi regnū dei. Legit aūt iacob misisse vi ascēdisse seu deductū fuisse. in lib. Gene. xv. Vias seu locavsquequo fuit posit⁹ in sepul chro patruꝫ suoꝝ. Prima via fuit ꝫm qd dr Gene. xxvi. de bersabee i ara: quam vocauit luzaꝫ. qn eñ pater suus ysaac mittebat eū i mesopotamiā in hac via dormiuit sup lapi dē: ꝛ ibi vidit scalā erectā ꝛ angelos ascēdē tes ꝛ descēdētes. Deinde venit: vt dr Gene. xxix. p viā oriētalē ꝛ amouit lapidē ꝛ adaq uit greges rachel. Spūalit aūt iacob q sup plātator dr est qlibꝫ saluari cupiens: quem dñs deducit p vias rectas: quaꝝ. Prima est arā seu luzā. Interptat eñ ara executiēs gē tē. Luza aūt interptat nux vel amigdalus. hic est timor excutiēs cōscientiaꝫ ab oi pctō amar⁹ in pncipio sicut cortex nudus ducēs postmodū ad dulcedinē nuclei. Pro pmo di cit Ecclesi. vij. Qui timet deuꝫ nec negligit. Pro scdo. Timor dñi delectat cor ꝛ dabit le ticiā. Ecclesi. i. Jn hac via cōquiesce p spē su p lapidē. i. xpm qr timorat⁹ iust⁹ de meritis proprijs deficit videbit ibi scalā. i. diuinā iu sticiā cui⁹ imū tāgit terrā dū attēdit repro bo꞉ dānationē quā timet icurrere. Supre mum vero tangit celum: gaudia scꝫ beatoꝝ que timet pdere: videt angelos quosdā ascē dentes ꝛ quosdā descendētes: qr p suā iusti ciā quosdā humiliat ad penā ꝛ quosdaꝫ ex altat ad gloriā. Hinc iacob euigilās dicit. ꝙ terribilis est locus iste. Jn hac ꝯsistētia sibi ꝓmisit dñs ꝙ ei⁹ custos eēt: qr timorē dū in corde hꝫ securus ad alia bona pōt progredi. Eccl. xxxiij. Qui timet deū ñ occurrēt ei ma la. ꝛ. xxxiij. Qui timet deū nihil trepidabit. Deinde iacob venit p viā orientalē in feruo rē videlꝫ charitatis qn precedit timor: subse quit amor. pfecta eñ charitas foras mittit timorē. Ibi amouet lapis duritie: ꝛ ad aquā tur greges in aquis gre: ꝛ iacob osculat ra chel. qr videlꝫ aīa miseri in dulcedine diuine sapiētie delectat. Surgat ergo qlibet ꝛ am buletvias istas pctm̄ relinquat ꝓpriā ꝯsciaꝫ discutiendo. Decetero quoqꝫ bene opetur: vt p conclusione videndo deū glorificet qui de dit talē potestatē hoib⁹: quā nobis ipartiri dignetur pius iesus qui sine fine viuit ꝛ re gnat. Amen.

¶ Dñica. xv. post penthe. post prandiuꝫ Sermo. xxxv.



Surge et ambula. vbi. s. Attendite ad petrā vñ excisi estis ꝛ ad ca uernā laci de q pcisi estis. Attēdite ad abrahā preꝫ vruꝫ: ꝛ ad sarrā q peperit vos. ysa. li. Ad pctō res miseros vt a pctīs resurgāt ꝛ in virtutib⁹ ambulēt verba sūt ista. vbi tria notant.

Primū xpiane ꝯditōis sublimatio.

Scdm eterne dānatōis ꝓseruatio.

Tertiū exēplaritatis demōstratio.

¶ De primo dr. Attēdite ad petrā ꝛc. Petra aūt erat xps. dñi xpiāi attēdite: qr a xpo di cimi xpiāi: qre vitā ꝯformē noī vro debeꝫ du cere. Dr eñ de sacra vnctōne. c. vnico. a xpo xpiani nomē est puritatis charitatis ꝛ to ti⁹ bonitatis. Qua frōte ergo ait ibidēꝫ hoc nomē tibi arrogas q nec hoꝝ aliqd in te sē tis: Attendite ergo dānati xpiani: qr p vos xpi nomē blasphemat inter gētes. Pro scdo dr ad cauernā laci. Collo. i. c. Qui eruit nos de potestate tenebraꝝ ꝛ nos trāstulit in re gnū dilectōis sue. i. filij sui dilecti. O scelera

ri hoies attēdite ad hanc cauernā exercitus sennacherib centū.lxxxv.milia pp suā blasphemiā in hāc cauernā descēderūt:vt habet iiij.Reg.c.xix.t.xxiij.milia pierūt vna die ab extermiatore vt asserit apl's.i.Cor.x.ppter suā murmuratione vel fornicatōez. qs ergo vos phibet ne illuc descēdat;:certe nō alius q̄ȝ ille de q̄ ad Heb.ix.Introiuit in ipm celū vt appeat vultui dei ad iterpellādū p nobis Pro tertio dr. Attēdite ad abrahā tc. Quis qso est abrahā q̄ pr multaꝝ gētiū dr t q̄ hec sarra:q̄priceps iterptat nisi ipe xp̄s t virgo maria ei⁹ mr purissima. Nos debem⁹ attēdere spē nrām i eis ponēdo exēplūq̄ȝ ab ipsis sumēdo.ƀm illō.i.Pe.iiij.xpo passo i cruce t vos eadē cogitatōne armami.t Jo.xix. Stabat iuxta crucē iesu mr ei⁹. Si em xp̄i mortē attēdam⁹:t q̄ta passus fuit p pctis nr̄is necnō vitā virtuosaȝ mr̄is sue pijssime pctā relinquam⁹ t viā virtututis aggrediamur. qō vt fiat cuilibȝ pctōri sub typo palitici dr. Surge t ambula tc.

¶ Pro fundamēto mouet questio.qr sermone pcedēti dictū fuit fore aliq̄s act⁹ indifferentes:q̄ nec boni sūt nec mali.merito ergo q̄stio mouet q... implet illō dictū apl'i.Collo.iij.Oē qōcunq̄ȝ facit in verbo aut in ope oia in noie dn̄i nr̄i facite. Rn̄det sctūs Bo.di.xli.ij. q illō dictū apl'i pōt triplicit itelligi. Primo distributiue:t sic ē cōsiliū optimū qm̄ omē opus qō nō est de se malū deliberate factū ab hn̄te charitatē t actualit in deū relatū vel virtualiter ē meritoriū. Aliomō ly oē pōt sumi collectiue:t sic ē finis p̄cepti q.r oē qō hic agim⁹ ppter hūc finē facere debem⁹:vt ad illū statū veniam⁹ i quo actualiter oia referunt in deū. Tertio pōt exponi negatiue vt sit sensus. Oia quecūq̄ȝ facit:t sic est p̄ceptū. lȝ em oē opus deliberate elicitū sit cōforme iudicio rōis vel difforme:hoc tn̄ nō sufficit ad faciēdū op⁹ bonū vel malū moralit. Et dic sco.q.xviij.q̄tlibetoꝝ. Dictat ei rō q hō dȝ comedere ad vite sustētationē t ad sustentādū vitā suā:t vlteri⁹ nō pcedit nec bn̄ nec male agit moralr tn̄ referēdo in deū posset mereri si eēt in statu gr̄e. Nullus miret si plures dānent.qs miraret si malefactor aliq̄s funē hn̄s in collo ligaret in patibulo t malefactor gladiū in manu ppria haberet q̄ libere funē p̄scidere possȝ:nihilominus adeo piger foret q sibi man⁹ p̄mitteret ligari t gladiū aufferri. Quis inq̄t miraret si talis suspēderet t strāgularetur:certe nullus.nec ipse malefactor deberet cōqueri nisi de sua negligētia t malicia. Dr em de regu.iu.li.vi.dānū qō qs sua culpa sētit sibijpsi t nō alteri dȝ iputari. Dr etiā.ff.de cōstitutionib⁹ principū.l.seruus: q seru⁹ pōt effici heres si libertatē habeat.q̄ casu summopere dȝ curare q libertatē habeat: qm̄ si moriat añ adeptionē libertatis hereditate carebit. Eodē titulo.l.si in testamēto. Ad vos pctōres indurati fert hoc verbū. Jaȝ em in collo funē habetis q̄ suspēdebimi in patibulo inferni.dr Prouerb.v.Iniq̄tates sue capiēt impiū:t funib⁹ pctōꝝ suoꝝ quisq̄ȝ cōstringit. gladiū habetis in manu.i. in libertate vr̄a ē quo funē possetis prescindere. Gladius iste est verbū saluatoris.Ephe.v. Galeā salutis assumite t gladiū spūs qō est verbū dei. In manu aūt vr̄a est libertas. Sȝ dies veniet qñ ligatis manib⁹ t pedibus pijciemini in tenebras exteriores:tuncq̄ȝ libertate carebitis:t hereditate priuabimini.qs in hoc culpandus:quis deniq̄ȝ sup hoc venit arguendus:malicia vr̄a negligētia vr̄a.dānū em q̄ quis tc. Ergo ne i tale incōueniēs cadam⁹ cuilibet nr̄m dr surge t ambula.

¶ In isto sermone erūt due partes.

Prima de pcti derelictione.

Secunda de actuum virtuosorum prosecutione.

¶ Quo ad primū viso quō debemus surgere ad discutiēdā cōsciaȝ. Restat videre quō surgere debem⁹ ad faciendū pfectā pn̄iam et ad iplorandū diuinā miam. De primo dr. Jone.iij. Surgens rex descēdit de solio abiecit vestimētū suū a se t indut⁹ est sacco t sedit i cinere. In his verbis notant ad pn̄iaȝ veram requisita.

Primū ē cordis volūtaria hūiliatio.

Scōm est pcti cessatio.

Tertiū est offense satisfactio.

Quartū dst mortis meditatio.

¶ Primū est tc. ppterea dr. descēdit quo cōtra Nabuchodonosor ille supbus stabat in palatio suo dicēs: Nōne hec est babylō quā edificaui in fortitudine mea: Dañ.iiij.capi. Qui ergo vult surgere ad penitendū primo corā deo se hūiliet, cor suū rebelle t duꝝ offe

rens diuine seruituti. Oē em̄ pctm̄ mortale a deo auertit ꝛ deuꝫ spernit:imo formale cuiusibꝫ pcti mortalis:est auersio a deo seu carētia rectitudinis vel cōformitatis volūtatis create ad diuinā.vez cor penitēs se dirigit sub obedientia ꝛ reuerētia ad deū.Sic monebat fieri q̄ dicebat.ysa.xlvij.c.Descēde sede in puluere filia syon.Scōm ī vera pnia requisitū ē pcti cessatio. Jō addit abiecit vestimentū.ꝗ vestimētū.i.oē pctm̄.de isto dicit ysa.ix.ca. Vestimētū mixtū sanguine erit ī cōbustionē ꝛ cibus ignis.Ab hoc sanguine purgari cupiebat q̄ dicebat.Libera me d̄ sanguinib⁹ de⁹ ꝛc.Hic nota ꝙ nullus est capax pnie:nisi corde firo velit abstinere a pctō et pcti ꝓpinq̄ occasione.Venia em̄ nō dat nisi correcto.de reg.iu.li.vi.Uade ꝛ nolli amplius peccare.Jo.v.ꝛ.viij.Hoc attēdāt alienuꝫ hn̄tes ab annis decē:ponēdo se in tutō ꝑtē suā in piculo: nō cōcedēdo pecuniā ſ̄ mercātiā venalē ꝑ maiori ꝓcio in duplo ꝗ̄ valeat. habēdo insup alienū ꝑ fraudes ꝑ fallacias ꝛ iniquos alios ꝯtract⁹.Hoc attēdant luxurijs dediti q̄ ꝑ menses ꝛ ānos suas ineptias exercēt.Hi ꝛ ſ̄ in paschate confiteant:nō tn̄ suā abijciūt vestimēta:q꞉ nec ꝓpositū cauēdi hn̄t:nec occasionē fugiūt.De talib⁹ d̄r Hiere.v.Jndurauerūt facies suas supra petrā:ꝛ noluerūt reuerti.Hoc vestimēto dānato induti sūt lusores lenones macq̄relle symoniaci ꝛ alij pctōres idurati.qb⁹ dicit aug.in quodā sermōe. Noli amare veterē tunicā:mutate:ſi vis mutari.ſi nō vis mutari habes ī vetustate dānari.Tertiū ad pniaꝫ requisituꝫ ē offense satisfactio.Necesse est em̄ vt pctōr q̄ per inordinatā delectationē a deo discessit ꝑ emendā ꝛ satisfactionē ad deū redeat.Propterea d̄r:q꞉ rex niniue indut⁹ est sacco in signū amaritudinis ꝛ doloris.Petrus quoqꝫ egressus foras amare fleuit.Luc.xxij.Et dauid ꝓnus iacebat in terrā dicens.Ego sum qui peccaui.Nulli aūt duruꝫ videat factum hoc accipere:q꞉ in presenti seculo vel futuro opꝫ penā soluere vsqꝫ ad vltimū quadrāteꝫ. propterea ad Ro.vi. Sicut exhibuistis mēbra vr̄a seruire iniquitati ad iniquitatē:ita nūc exhibete mēbra vr̄a seruire iusticie ī sāctificationē.Hic aūt nota ꝙ nulla pnia valeret satisfacere pro pctīs nr̄is immo nec ꝑ minimo mortali: ſi tn̄ minimuꝫ dici debeat nec possemus per quecūqꝫ ieiunia per quadringētos annos cōtinuata:nisi esset aliud ꝗ̄ meritū nostrum.Dr̄ em̄.ysa.liij.de xp̄o:ꝙ dn̄s posuit in eo iniquitates omniū nr̄m.ꝛ i.Pet.ij.Peccata nr̄a ipe pertulit in corpore suo super lignū.i.penā dicit mgr̄ di.xx.tertij nr̄is peccatis debitā.quare dicit sctūs Bonā.dist.xix.iij.ꝙ meritū xp̄i totaliter delet in nobis originale per baptismū.peccata aūt nostra post baptismū cōmissa delent ꝑ pniam nr̄am presupposito merito xp̄i tanqꝫ principale: virtute cui⁹ principaliter a deo nobis remittet culpa.Non est em̄ aliud nomē datū sub celo hoībus in quo oporteat nos saluos fieri.Actuū.iiij.Quartuꝫ ad pniam requisitū est mortis meditatio.ꝛ notat cū d̄r ꝛ sedit in puluere. hanc meditabat ꝛ ꝑ hoc se ad pniam aīabat qui dicebat. Quis ē hō qui viuet ꝛ nō videbit mortem.q.d. nullus. Eruet talis hec frequēter cogitās aīaꝫ suaꝫ de manu inferni:pniaꝫ videlicet agēdo.De lyas quoqꝫ panē subcinericiū comedēdo.fugiendo Jezabel peruenit ad mōtē dei. Surge ergo miserabilis paltice ad agēdū penitentiā.Surgere qꝫ debemus ad implorandū dei miam.Luce.xv.dicit filius prodigus Surgam ꝛ ibo ad patrē meuꝫ ꝛ dicā ei.pater peccaui in celum ꝛ coram te.hoc est contra induratos ꝛ desperatos:qui nec infernū timent:nec celū desiderant. Hi sunt de quibus Amos.i. Et ponit de pe.di.i.c. Super tribus sceleribus damasci me conuertam: ꝛ sup quartum non me conuertam. vbi ſm glosam.

Primū scelus est in voluntate,

Scōm in opere.

Tertiū in ꝯsuetudine.

Quartū super quo nō conuertit est pctm̄ in obstinatione.

¶ Tali dicitur Jone.i.Surge ꝛ inuoca deū tuuꝫ.Quilibet ergo attendat:quia ei dicit, Surge ꝛc.

¶ Quo ad scōm principale paruꝫ foret surgere:vtpote de pctīs preterit̄ penitere:ac diuinū auxiliū implorare:nisi hō vellet ꝟtuose ambulare.ꝓpterea addit āmbula.JDicebā mae bn̄ ꝙ ad ābulandū ſm iter ꝓceptorū erigit viā rectā inquirere:ac sumpt⁹ cōgruos portare.i.opera meritoria facere. Uiso ergo ꝙ volens saluari dꝫ ꝑ dei timorē ꝛ amorē in

cedere. Consequēter vidēdū est qualiter debeamus meritorie opari p quo occurrit dictū Ezechie.iiij.Regū.xx.vbi sic dr. Memēto queso quō ambulaueri corā te in veritate & qd placitū est effeceri. Ubi nota q Ezechias interptat cōfortauit me dns.& significat bonū xpianū diuina gra adiutū sine q nullus bñ pōt opari. Ro.vi. Gratia aūt dei vita eterna.q dz ambulare sicut Ezechias. Prio habēdo in intellectu purā intētionē.memēto inqt quomodo ambulaueri corā te. nō dicit corā hoibus. Math.vi.Attendite ne iusticiā vestrā faciatis corā hoibus &c. Et hoc est cōtra ypocritas.Scdo in ore verā locutōnez:qz in veritate qd est cōtra illos qui dicūt mendaciū.:Tertio in ope iustā executionez: qd placitū est corā te feceriz solū sibi intendens placere:qz si adhuc hoibus placerē xpi seruus nō essez.ad Gal.i.Figurat qz talis p Noe.De quo dr.Gene.vi.Noe vir iustus atqz pfect⁹ cū deo ambulauit & fecit qcūqz precepit ei dns.Noe q interpretat requies:fecit qcūqz precepit ei de⁹ significās quēlibet xpianuz:qui dz querere requiē ɔsciētie & quietez qui dz esse vir virtuose viuēdo. Iust⁹ respectu primi pfectus respectu sui: q dz cū deo ambulare & facere quecūqz precepit ei deus Sed ve mūdo a scādalis. ppter eni scādala ptholdoz nō sic iam totus mūdus ambulat Sed vt dr Philip.iij. Multi ambulāt quos sepe dicebā vobis:nūc aūt & flens dico inimicos crucis xpi. Alij post dyabolū p altū vanitatis & supbie: ambiciosi:pomposi:vane gloriosi.contra quos Michee.ij.Non ambuleti supbe qm tps &c. Alij post carnē p sterquilinū voluptatis & lasciuie.i.Coz.iij. Nonne carnales estis vos & bm carnez ambulatis. Alij post mundū p diuerticula cupiditatis & auaritie:vt auari & inuidi. Jude.ij. Ve illis q in viā cayn abierunt: qui videlz aliorū pfectibus inuidēt vt cayn abel. nō sic charissimi ambulandū est:sed sicut Abrahā de quo Gene.xvij.Ambula coraz me & esto pfectus. Sed parū foret incipere seu pponere virtuose agere nisi iter acceptū ɔtinuaretur Isa.xl. Qui sperāt in dño mutabūt fortitudinē.currēt & nō deficiēt. Et de pe.di.iij.dicit Greg.Incassuz bonū agit si ān vite termi nū deserat:qz frustra velociter currit q anqz veniat ad metā deficit.hinc p Moysen caudā bestie offerre iubet:vt omne bonū qd incipimus pseuerantes ad finē cōpleam⁹. O peccatoz:o munde immūde ad deū recurre: pctōꝝ feces desere:ambula cōtinuādo in bono:vt pro conclusione videntes deū glorificēt:q tantā potestatē dedit hoibus. Qd nobis prestet pius Jesus. Amen.

¶ Dñica.xix.post penthe. Ser.xxxvi.


Multi sunt vocati: pauci vero electi. Math.xx. & in euāgelio. Misit huuz suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt & ceperunt oms simul excusare. Lu.xiiij. Diuine clemētie: ac humane militie ostēsiua sunt verba ista.vbi duo notantur.

Primū pietatis diuine miseratio.

Scdm maligne prauitatis ostensio.

¶ Pro primo nota q dns noster iesus xps in fine hui⁹ vite cenā fecit vtiqz magnaz et gloriā eternā preparauit: q merito dr cena: qz in fine huiꝰ mūdi:sicut cena in fine diei ē prepata:in cui⁹ figurā migratur⁹ ad patrez fecit cenā discipulis:lauit pedes apostoloꝝ: dedit corpus propriū:promulgauit dilectionis mandatū: qz tunc purgabit natura humana ab omi vicio:fruemur xpo:ad primū etiaz erit cōsummata dilectio. Uñ hec cena dicit magna.

Primo ppter inuitātis curialitatē.

Scdo ppter inuitatoꝝ gñalitatem.

Tertio ppter cene diuturnitatem.

¶ De pmo Judith.vi. Suscepit ozias achioz in domū suam:& fecit ei cenam magnaz. Magna curialitas est facere cenā aduersario suo. Ozias fortitudo dñi interptatur et significat xpm. Achioz q erat abiectus q et interpretat iracūdia fratris:significat pctōrem fratrē suū ad iracundiā prouocantē. De scdo. Apoc.iij. Si qs mihi apparuerit itrabo ad eū & cenabo cum eo. De tertio.ij.Esdr. iij. Rex darius fecit cenaz oibus prepositis qui erant sub eo.& cū manducassent satiati reuertebantur. Darius interpretatur fertil. De quarto Apoca.xix.Beati qui ad cenā nuptiarum agni vocati sunt. Beatitudo autez includit ppetuitatē. Ad hanc autē cenam talē & tantā vocat dns multos: qz oib⁹ glo

ria paradisi offert. Actuū.x. In veritate cōperi: qr nō est acceptor psonarū deus: s in oi gente: q timet deū r opatur iusticiā accept⁹ est illi. i. Pe.v. De⁹ ois grē q vocauit vos in eternā gloriā in xpo iesu modicū passos ipse pficiet ɔfirmabitq. Ois grē dicit: qr ad oēs eius gratia extēdit. Sed pthdolor lz talis r tāta sit dei pietas erga nrāꝝ miseriā huma nā: tn̄ iniquitas nr̄a suā nō deponit: imo au get maliciā. Sequit ceperūt oēs simul excu sare. lz nullus dicat verbo nolle saluari ope tn̄ perhibet q ad beatudinez nō vult ptin gere: qm̄ illa optat que a grā dei r gloria ab ducūt. Sapi.v. Exiguuz r cū tedio est tps vi te nr̄e venite r coronem⁹ nos rosis. fruamur bonis q sunt. Iobq. xxi. ca. loquēs de talib⁹ ait. dicūt deo recede a nobis sciam viarū tua rū nolumus. Non em̄ volūt pudicitiā: neq religiōis deuotionē: nō actiui iustā opationē: non pctōres pniam. Sed vt dr ad Titū i. Ore fatet xpm factis tn̄ negāt. xi.q.iij.ca. Existimāt. quotiēs male agim⁹: totiēs deuz factis negamus. Ex qua snīa verbi passum pti ɔcludit maiorē ptē hoiz debere dānari. ¶ Pro fundamēto mouet questio. An dn̄s velit om̄s hoies saluos fieri: qm̄ si hoc velit cū ei⁹ voluntati nullus posset resistere om̄s saluabunt. Rn̄det magister snīaruz et post euz om̄s doctores r maxime sctūs Bonauē. di.xl. primi. q sicut dr. i. Thimo.ij. Uult dn̄s oēs hoies saluos fieri: r ad agnitionē verita tis venire. Hec aūt auctoritas pōt tripliciť exponi. Primo dicēdo vult oēs hoies rc. sit distributio pro generibus singuloꝝ r nō p singulis generū: qr de quolibz statu saluabū tur aliq: videlz de statu prelatoꝝ. de statu cō tinentiū: ɔiugatoꝝ: r religiosoꝝ r hmōi. Se cūdo mō pōt exponi vt sit distributio accōmoda. Uult de⁹ oēs hoies saluos fieri q sal uabunt: sicut celū tegit oīa q scz tegunt. Et mgr̄ scholariū docet oēs pueros q. s. docent. Tertio mō exponit a Damasceno. r hāc cōiter sequunt theologi. de⁹ vult rc. voluntate an̄cedēte nō volūtate ɔn̄te. nō tn̄ sic capiendo q sit multiplex volūtas: s dr multipliciter rōne cōnotati. Uoluntas em̄ an̄s dei tn̄ va let ac si diceret: dedit de⁹ aut obtulit: aut pa rat⁹ est dare vel offerre qcquid est necessariū ad salutē obtinēdā. volūtas vo ɔn̄s dei notat hoc qd deus retribuit bm q hō meretur vel demeret. r sic volūtate ɔn̄te nō vult oēs hoies saluos fieri. ¶ Nota bm Petrū aureoli. Et hec dr volūtas bn̄placiti nō volūtas si gni. Snīa hui⁹ thematis est si vn⁹ angelus clamaret vel vn⁹ vestrū hui⁹ societatis vel ciuitatis hic exn̄s dānabit. vnus inqt nō di co plures. quis esť in tota ciuitate exn̄s si es sent. xl. milia qui timere non deberz. Quis vt dr Prouer.xx. Dicere poterit mūdum est cor meum: purus sum a pctō. qto magis ti mere debemus vbi ihs xps clamat. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Mat.xx. ¶ Sz dicet quis frater eque bn̄ intendo saluari si cut vos. nescitis qs dānabit vel saluabitur. Optime dicis: s audi qd notat. extra de pre sumptionib⁹. cap. Afferte mihi gladiuz. vbi Salomon phibet snīam dedisse ex vehemē ti presumptiōe. vbi em̄ veritas hri non pōt recurrēdū est ad viā presumptiōis. Formet ergo sic psumptio. legant oēs cronice hysto rie r gesta sanctoꝝ. Et primo pquirat si qs eccl'iasticus habuit gloriaz stādo in ɔtinua fornicatōe vel symonia. Si qs religiosus no tabiliter statū suū trāsgrediēdo. Si nobilis vel vilicus blasphemādo. Si qs iuuenis lu dos aleaꝝ r meretrices freqntando. Si qs burgēsis vel diues ad vsurā pbēdo. Si mer cator vel mechāic⁹ fraudādo: piurādo vel fal lacijs vtēdo. Sed q mulier: iocādo: puocādo gestis r nutib⁹ ad peccādū gloriā obtinuit. q si de nullo repiat qs sit saluat⁹ talē vitaz ducēdo: r scelerati pctōres moderni hui⁹ tē poris q passiz sine delectu: ac emēdatione ta lē vitā ducūt vehemēs est suspicio r psūptio q infallibiliter ad eternā dānatione currūt Sicq verificat snīa thematis. Multi sunt vocati rc.

¶ In isto sermone erunt due ptes.
Prima diuine clemētie demōstratiua.
Scda humane neqtie ostensiua.

¶ Quo ad primā magna clemētia saluatoris ondītur q iudeis vocationem diuinam spernētibus ad fidē catholicā ad credulitatem quoq incarnatōis dn̄ice r sacramēti i pn̄ti euāgelio sub parabola nuptiaꝝ venire renuētibus misit discipulos suos ad exitus viarū. i. ad oēs gentes: vt ad fidē xpianam euocarent. Figura hui⁹ renuentie pro iude is facte: ac requisitionis gentiuz ponit. Hester. i. vbi dr: q assuerus fecit cōuiuiuz opti

matibus suis. xxx. anno regni ipsius misit quoqz pro vasti regina cū ipse rex icaluisset mero vt veniret ad cōuiuiū: que venire rēnuit ex quo repudiata extitit: missumqz fuit p regnū vniuersum: vt aliquā aliam sibi assumeret in sponsaz. Rex iste xp̄s est: interpretatur em̄ britudo: fecit cōuiuiū. xxx. anno regni sui. s. in statu gratie post statū legis nature τ legis mosayce: q̄ incaluit mero amore. s̄m illud Cāt. v. Amore ei⁹ lāgueo in cruce. Misit p vasti. i. synagoga iudeoꝝ q̄ noluit venire: ppter qd̄ repudiata fuit: τ tūc misit p vniuersaz terrā vt q̄rerenť puelle: τ vnā spōsaz sibi assumeret. s. eccl'iaz q̄ ē vna vnitate fidei τ dilectōis. vocat aūt τ q̄ri fecit puellā istā. s. aiaz vt ad hoc ꝯuiuiū veniat q̄ttuoꝛ modis. s. qd̄ cōsueuit aliū vocare; s.

Primo p internā inspiratione.

Scd̄o per externā p̄dicatione.

Tertio per bn̄ficioꝝ largitione.

Quarto p tribulationū imissionem.

Per pulsum.

Per verbum.

Per signum.

Per nuncium.

¶ De primo nūc est dicēdū. venit em̄ deus τ vocare nō desinit p internā inspiratōez. Jo. iij. Sp̄s vbi vult spirat τ vocē ei⁹ audis τ nescis vn̄ veniat τ quo vadat. ad Ro. viij. Ipse em̄ sp̄s postulat p nobis gemitib⁹ ienarrabilib⁹. i. postulātes nos facit. Apoca. iij. Ego sto ad ostiū foris τ pulso. figura hui⁹ vocationis poniť Ezech. xxxvij. vbi Ezechiel vidit cāpuz ossib⁹ plenū aridis τ dixit ei dn̄s. Putas ne hec ossa viuēt. R̄ndit Ezechi. dn̄e tu nosti. τ dictū fuit ei isuffla in ossa hec a q̄ttuoꝛ vētis veniet sp̄s sup ossa hec τ viuēt. q̄d q̄so p cāpū nisi mund⁹ iste significať. Quid p ossa arida pelle carne τ hūoꝛib⁹ p̄uata nisi pctōꝛes i hoc mūdo viuētes honesta vita virtuosa opatōe τ gratie hūoꝛe p̄uati significanť. Sed qd̄ remediū: certe insufflādū est in ossa hec: hoc interpellādū ē diuinū auxiliū vt inspiret: τ hoc a quattuoꝛ ventis.

Primo ab oriente inspiciēdo qualiter tota per pctm̄ est pdita vt inde doleat.

Scd̄o ab occidente ꝯsiderando mortē iminentē vt tn̄ timeat.

Tertio a meridie. i. a p̄speritate cōsiderādo ꝙ i p̄ntivita nihil pōt eē stabile; vt sic i mūdo confidere desistat.

Quarto a septētrione ꝯsiderādo diuinā iusticiam: que nil inultuz dimittit: vt inde expauescat.

¶ Et tūc nisi hō sit durus cōpungiť reuiuiscit: τ ad deū redit. Qui ei sp̄u dei aguņť hij sunt filij dei. Ro. viij. Sz p th dolor pōt nūc dicere saluatoꝛ qd̄ dr̄ Job. xix. Vocaui seruū meū τ nō respōdit mihi. Nouit de⁹ sic nūc videndo mortales pestes sensualitates pluriū hoīz mortes τ casus multi: ac multi multas habuerūt inspiratōes: τ tn̄ vix aut raro executōi demandanť: quare iuxta sn̄iaz verbi preassumpti merito dr̄. Multi sūt vocati pauci vero electi.

¶ Quo ad scd̄m p̄cipale: visa diuina clemētia in multoꝝ vocatōe: ꝯseq̄nter poniť hūana neq̄tia. humanā dico nequitiā: qm̄ null⁹ dānať: nisi propter sua demerita Ozee. xiij. Perditio tua ex te israel: ex me aūt auxiliū tuū. Et. xxij. q. iiij. vasis ire. nunq̄ de⁹ parat interitū: nisi spōtaneū hō haberet delictū: τ tot⁹ mūdus in maligno posit⁹ est. i. Joh. v. Jō plures dānanť τ pauci saluanť: qd̄ ostēdo pluribus vijs scz.

Auctoritate.

Ratione.

Exemplo.

Figura.

¶ De primo Mat. vij. Intrate p angustā: q2 lata τ spaciosa est via q̄ ducit ad pditionez: τ sic multi intrant p eā. arta aūt est via: q̄ ducit ad vitā: τ pauci ingrediūtur p eā. Isa. i. Multiplicasti gentē: sed nō magnificasti leticiā. Ecclesia. i. Stultoꝝ infinit⁹ est numerus. Lu. xiij. Contēdite intrare p angustaz portā: q2 in veritate multi querēt intrare et nō poterūt. Aug. xx. de trinitate dei. Plures hoīes currūt in penā q̄z in gloriā. Et idē libro de vero cultu. Arbitroꝛ tres ptes mūdi fore dānādas: eo ꝙ in oēs regnet ifidelitas. De quarta aūt pte q̄d dicāt nisi ꝙ. i. Joh. v. ait. Tot⁹ mundus in maligno posit⁹ est. Et Greg. i homelia sup Matheū. Ad fidē plures veniūt: s̄z ad regnū celeste pauci pducūť Si he auctoritates sufficiāt credať eis. Rōne pbať. Certū est tn̄ ꝙ nullus saluať nisi baptizať si sit possibile baptizari. dr̄ ei Joh. iij. ca. Nisi quis regeneratus fuerit ex aq̄ τ sp̄ūsancto nō pōt intrare in regnū celoꝛuz.

Certuz est scdo q nullus baptizatus salua ri pōt:nisi velit suare pcepta decalogi.Mat. vij.Nō omnis qui dicit mihi dñe dñe intra bit regnū celoꝝ. Quis aūt est q nūc seruet precepta decalogi:dr ei Gene.ꝛ hr simaliter. xij.q.i.ca.Ois etas:sensus:ꝛ cogitatio hois prona sunt ad malū.ꝛ pfato ca.Ois etas p na est ad malum.

Quo ergo vadūt oēs iudei:ad infernuz.

Quo vadūt oēs infideles:ad infernum.

Quo vadūt pueri sine baptismo decedētes: ad infernum.

Quo vadūt oēs heretici: quib⁹ pene plen⁹ ē mūdus ad infernum.

¶ Quot sunt qui nō credūt infernū paradi sum aie imortalitatē. Alij q nō estimāt lu xuriā esse pctm̄:quo vadūt hi oēs ad infernū Quid dicā de ignorātib⁹ articulos fidei sal tē que p cōez ecclesie traditionē pñt haberi. ignorātib⁹ quoqꝫ precepta decalogi: necnō ꝛ de ↄfessorib⁹ ꝛ platis totaliter ignorātib⁹ q spectāt ad suū statū quo vadūt isti ad ifer nū.vnde pbaꝛ ex iure canonico ꝛ dictꝭ theo logoꝝ.dicit ei btūs Tho.in.iij.pte.qsti.xvij. Qd ignorātia iuris diuini nō excusat i his q sunt doli capaces.Extra de vita ꝛ honesta te clericoꝝ cap.vt quisqꝫ.Quo p̄tēdunt pdo nes:fures:vsurarij:ꝛ dānificatores ad ifernū Cuz oēs hi teneantur restituere nec restitu unt.probaꝛ hoc p exēplum de vsuris ca.Cuz tu. Quo vadūt oēs mali religiosi nō obser uantes regulā suā ad infernū.dr Eccles.v. Displicet deo stulta ꝛ infidelis promissio. q tendūt oēs meretrices ꝛ fornicarij ꝛ cōcubi narij ꝛ hi similes ad infernū.dr em̄ ad Eph. v. Hoc aūt scitote intelligētes:qm̄ ois forni cator aut immundus:nō hꝫ partē in regno xpi ꝛ dei.figuras de paucitate saluandoꝛuz habes Gene. vij. q quot aie euaserūt dilu uiū octo nō plus.Gene.xix.De illis cunctis ciuitatib⁹ euasit loth cū duab⁹ filijs suis ꝛ vxore:que tñ postmodū conuersa fuit in sta tuā salis. Sed de illa numerosa multitudi ne filioꝝ israel numeratoꝝ a viginti annis ꝛ supra ingressi sūt terrā pmissiōis.s.caleph ꝛ Josue. legiꝛ qꝫ in vita beati Bernardi:q apparuit vni religioso.xiij.dieb⁹ post morte suā:qui cuz interrogaret si foret adeo diffici le saluari sicut scripture dicebāt.Respondit q sic ꝛ q eadeꝫ die qua mortu⁹ fuit.xliij. mi lia mortui sunt qui oēs dānati fuerūt dēp tꝭ vno seculari qui tūc ingressus est purgatori uꝫ ꝛ vno heremita cū ipso intrauit paradi sum.O xpiani renegati.O indurati populi ad deū redite:qso pniam agite qꝛ multi sūt vocati pauci vero electi.Et p conclusiōe re nouamini in spū mentis vre.Qd vobis cō cedat dulcis iesus Amen.

¶ Dominica.xix. post pēthe.post prand um. Sermo.xxxvij.



Multi sunt vocati pauci vero electi. Math.xx. Nemo viroꝝ istoꝝ q vocati sūt gusta bit cenaꝫ meā Luc.xiiij. Diuine seueritatis ↄtra sceleratos pctōres dei vocationē spernētes verba sunt ista: vbi principaliter libet iqui rere fiicādēs a gratia valeat resurgere ꝛ qui bus modis misericordiam poterit obtinere. Pro quo videꝛ q nō per textuꝫ apostoli ad Hebre.vi. Nā dicit ipossibile est eos q semel sunt illuminati ꝛ gustauerūt etiā donuꝫ ce leste ꝛ particepes facti sunt spūsancti:gusta uerunt nihilomin⁹ bonū dei verbū virtutes qꝫ seculi venturi ꝛ prolapsi sunt rursus reuo cari ad pniam.Et rursus de pe.di.iij.c.repi unꝛ.dicit Ambrosi⁹.Sicut vnuꝫ baptisma ē sic vna pnia est.Sꝫ bm Bona. ꝛ alios docto res.xiiij.di.iiij.pnia est iterabilis ꝛ q̄diu du rat vita habēs vitaꝫ semp pōt penitere: qm̄ morbus ↄtraiquē est pnia: qui est pctm̄ mor tale est iterabilis rōne vertibilitatis natu re liberi arbitrij bm quā pōt auerti a deo vel ↄuerti ad ipm. Ad hoc est text⁹ de pe.di.iij. ca.adhuc perfidi instāt.Qm̄ quotidiana est offensio opꝫ q quotidiana fit remissio. Cur docuissꝫ dño orātes dicere:dimitte nobis de bita nostra : nisi ipse misericors pseueraret qui nos ab hac petitōne nō deficere docuit. dictum autem beati Ambrosij intelligitur de penitentia solēni.dicit Bonauen. que de more quorūdam ecclesiarū imponitur:qꝛ se mel dūtaxat:non aūt de penitētia cordis q homo ad deū conuertitur: dictū qꝫ apostoli preallegatuꝫ cū dr:impossibile intelligitur id est difficile multū.Ingratitudo em̄ dicit

beatus Bernardus est ventus vrens et de-
siccans diuine misericordie fontē. Refutā-
tes ergo cenā illā nō gustabunt: qr durante
spacio vite quo nūc debēt ad deū recurrere
ipsum audire nolūt. Sed veniet dies ī qua
clamabūt: nec exaudient. Mat. xxv. Dixerūt
fatue virgines dñe dñe aperi nobis: quibus
responsū est nescio vos. O pctōres excecati
nūc redite: nūc clamate ad eternas nuptias
cū debito vase venire. qz si vos indignos di-
uina mia arbitrami. Memētote qz Absa-
lon recōsiliatus fuit patri suo Dauid p me-
diū illius sunamitis mulieris q̄ plorās di-
cebat. heu me mulier vidua ego sū. Et p do
cumētū pricipis militie noie Joab absalō q̄
prēs fugauit a regno: pctōr est q̄ deū effuga
uit a ppria ɔscia. Mulier illa vidua ꝟginē
mariā repñtat. Joab aūt pnceps militie Je
sum xpm. harū duaꝝ psonaꝝ medio pctōr
pōt reuocari ad pniam. dr em̄ Ro. v. de xpo.
Sicut p hoīs vni⁹ dlictū pctm̄ itrauit ī oēs
et p pctm̄ mors: ita p vni⁹ meritū gloria in-
trauit in oēs. De ꝟgine aūt gl'iosa dr p figu-
rā Judith qr p te hodie liberauit dñs pplm
suū. Ad has ergo psonas pctōres paupculi
redite. dr em̄ de reg. iii. lib. vi. Ois res p eas-
dē causas soluit p quas et nascit: mors venit
p vnū hoīem et vnā mulierē: ita et vita: et sic
de numero paucoꝝ eritis de quo sentētia ē
verbi preassumpti. Multi sunt vocati pau-
ci vero electi.

¶ Pro fundamēto mouet qstio: vtrū pdesti
natiōis vel reprobatōis a parte nrā sit aliq̄
cā. Rñdet Sco. xli. di. primi qñ qrit vtrū sit
aliqua rō pdestinatōis vel reprobatōis nō
querit de ipso actu q̄ est idē cū volūtate di-
uina: s; de trāsitu sup hoc obiectū vel illud.
Dixit ergo qz in predestinatōe vel reprobati
one pñt notari quattuor signa.

In primo de⁹ intelligit se et oēs creaturas.

In scdo aliquos eligit ad curiā suā et circa
aliquos nihil ponit.

In tertio videt oēs casuros in adā.

In quarto signo nō surgētes a pctō ordinat
ad penam.

¶ His quattuor suppositis dr qz pdestinatōis
a parte nrā nulla est rō. Sed de⁹ quos vult
mere eligit nec aliqs pōt dicere sibi cur hoc
facis vel quare hos eligis et illos nō. de eadē
eī massa figulus vnū vas facit ad ɔtumeliā
aliud aūt ad honorē. Reprobatiōis vero est
ratio a pte nrā videlicz malū preuisū: qr nū
q̄ aliquis ordinat ad dānatiōem: nisi rōne
mali preuisi. Nota fm doctorē subtilē. xl. di.
primi. Qd predestinatio est ordinatio electi
onis a diuina volūtate alicui⁹ nature intel
lectualis ad gratiam et gloriam. Ista diffi-
nitio tria tāgit fm tria q̄ aspicit pdestiatio
Primo in pdestinatōe ē ppositū dei eternū
Scdo est illud qd predestinatur.
Tertio ad qd tendit pdestinatio.

¶ Quo ad propositū eternū dicit doctor in
diffinitōe qz est ordinatio electōis a diuina
volūtate. Et prio apparet qz pdestinatio ve
rius est act⁹ volūtatis q̄ intellect⁹ lz psup-
ponat intellectū. Sic electio cōsiliū ex ter-
tio Ethico. vñ tangit intellectū et volūtatē
dū dicit a diuina volūtate. differt aūt pdesti
natio ab electōe diuina: qr loqndo pprie: e-
lectio est medioꝝ ad finē. ex. iij. Ethico. Sz
predestinatio est ipsius finis. Ideo dr ppa-
ratio ad gloriā. vñ ista differunt.

Electio.
Vocatio.
Et predestinatio.

¶ Quia et a pte rei et in intētōe preintelle-
cta pdestiatio psupponit ipsi electōi et voca
tiōi sicut appetit prius finis his q̄ sunt ad
finē. licz in executōne pri⁹ sit vocatio q̄ pre
destinatio. Multi sunt vocati pauci vero
electi.

¶ Rursus prior est executōe electio q̄ pde-
stiatio. Sicut qs p media ad finē vocat ad
finē. ¶ Scdm qd tāgit a doctore est illd qd
predestinat: dū dr qz pdestinatio est alicui⁹
nature intellectualis: ex q̄ apparet qz est qsi
species pscietie: prescietia em̄ oīm est. Sed
predestinatio est tm̄ nature itellectualis. dr
aūt nature itellectualis et nō rōnalis natu
re: qr angeli sunt pdestinati et nos. tñ pprie
nō dicunt rōnales: qr nō discurrūt in cogni
tōe sicut et nos qd est opus rōnis: sed sūt in-
tellectuales. ¶ Tertiū qd tāgit doctor est il
lud qd predestinat. s. ad qd tendit ad gratiā
et gloriā inquit gratia est medium tenendi.
Sed glia est in qd tendimus. et dr pdestina
tio a pre qd est ante et destinatio. et ratione
destinatōis dicit quedā absolutū actū. s. vo-
luntatis. rōne autē huius prepositōnis pre
cōnotat antecessiōez ad predestinatū. Nota

vlterius quid sit reprobatio. vñ ſm Augu. ⁊ est in lra. Reprobatio est pſciētia iniq̃tatis quorūdā ⁊ pparatio eoꝝ ad dānationē: et h̃ ꝙtum ad hec tria,

Odiū dei eternū,
Dānatio eterna,
Pena eterna.

¶ Vñ reprobatio tria dicit. s. odiū dei etnuz per obdurationē reprobati. vñ ista obduratio ſm Aug. lib. de pdestinatione sctōꝝ nihil est ꝙ dei obuiatio mādati. ¶ Scđum dānatio eterna seu pena. Primū ē ex parte dei Alia duo ex parte reprobati. Sed scđm. s. obduratio ē ex sue volūtatis malicia. ¶ Tertiuz vero. s. pena eterna est ex dei iusticia que vnicuiqꝫ reddet iuxta opera sua. Mireť nullus si plures dānenť. dicet forte qs sermōe pcedenti nos remisistis ad pſumptionē: cū dñs noster nos plus diligat ꝙ mr̃ ppria filium suū ſm illud Isa. xlix. Nunqd pōt obliuisci mater infantē vteri sui: ⁊ si oblita fuerit: ego tñ tui nō obliuiscar. plus insuper amat ꝙ qcūqꝫ pater. Nōne ideo ē vehemens pſumptio de diuina mia. dr̃ eñi Luce. xi. Si ergo vos cū sitis mali nostis bōa dare filijs vestris: ꝙtomagis pr̃ vr̃ celestis dabit spm̃ bonum petētib⁹ se. vehemēs ergo ē presumptio ꝙ de⁹ q̇ nos tm̄ diligit nobis itaqꝫ compatieť. Sed attēdāt precor ita loquētes qđ scribiť in aucten. Cū de appellatōe cogi. §. causas collatiōe. viij. In quib⁹ ponunť. xiiij. casus in quibus ⁊ propter quos filius meretur exheredari.

Primū ē si fili⁹ manus iniecerit i parētes.
Scđs ē si iniuriā inhonestā eis cōtulerit.
Tertius si fili⁹ malefic⁹ efficiť.
Quart⁹ si cū maleficis cōuerseť.

¶ Talis vel fili⁹ snia hr̃ in glosa. ca. quinta uallis de iureiu. in antiqs. Qđ si qs in parētes manus iniecerit vel enormē iniuriā eis irrogauerit: hereditate parentū venit puandus. Ad vos dānati pctōres: ad vos inqꝫ sūt verba ista. An nō quotiēscūqꝫ pctis mortaliter man⁹ in xpm mittitis. dicat apl's ad Hebre. vi. Rursus sibimetipsis crucifigētes filium dei ⁊ ostētui habētes. ⁊ ps. Supra dorsum meū fabricauerunt pctōres. Rursus lusores passim nomē dei blasphemātes nōne iniuriā sibi ihonestā faciūt: dicat Beda. Qui tūc ē cesus colaphis iudeoꝝ nūc cediť blasphemijs xpianoꝝ. Insup quotiēs inuidi ij qui rancorosi odijs suis pfūdunť. Nōne cuz diabolis maleficis cōuersanť: vlteri⁹ spurcissimi luxuriosi vacātes luxurijs deniqꝫ sibi d̃ pprio corpe turpitudinē fabricātes nonne malefici efficiunť: q̃re iustissime merenť exheredari hereditate eterna. O miseri sp petestis videre ꝙ multi sūt vocati ⁊c.

¶ In isto sermone erūt due ptes.
Pria ps erit diuine clemētie demōstratiua.
Scđa hūane neqtie ostensiua.

¶ Quo ad primuz viso sermone pcedēti q̃lr vocat nos de⁹ p internā inspirationē: videndū est nūc q̃liter vocat nos p pdicationē exteriorē ⁊ bñficioꝝ largitionē: ac per flagellorum duriciē seu p verbū viuū ⁊ signū minificū ⁊ nunciū certū. de pmo ps. deus deoꝝ dominus locutus ē ⁊ vocauit terrā. ⁊ Lu. xiiij. Misit seruum suū hora cene dicere inuitatis vt venirent. Seru⁹ iste cet⁹ ē oīm pdicatorū: qui in lege noua ⁊ veteri missi sūt cū verbo dei viuo aduocandū oēs hoīes ad gliaz. Hebre. iiij. Viuus ē sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti ptingēs vsqꝫ ad diuisionem aīe ⁊ spūs. Tria aūt sūt gña audientiū verbū dei.

Primi sūt i pctis indurati: hi frangi ⁊ cōteri indigent.
Scđi sūt i se aridi: ⁊ lꝫ nō sint idurati vt primi: vix tñ aliqd boni libet eis facere: hi indigent irrigari ⁊ irrorari.
Tertij sūt tepidi: q̄ lꝫ a pctis caueāt: ac multa bona facere velit: gustū tñ in bonis vix capiūt: ⁊ hi acui ⁊ inflāmari indigēt.

¶ Primis dꝫ ee verbū diuinū tanqꝫ malle⁹ p duras cōminationes ⁊ graues snias pctōꝝ duritiē cōterens. de hoc Iere. xxiij. Nunquid nō verba mea q̃si ignis: ⁊ sic malleus conterens petras. scđis dꝫ eē tanqꝫ aq̃ irrigās: et ros infundēs: ⁊ de hoc scribiť Isaie. xlv. Sicut imber ⁊ nix descēdit de celo ⁊ vltra non reuertiť: sed iebriat terrā et facit eā germiare: sic erit vbū meū qđ egrediet d̃ ore meo ñ reuerteť ad me vacuū: s pſperabiť. Tertijs verbum diuinū ē exasperās ⁊ aridos inflāmans. Et de hoc Lu. vlti. Nōne cor nr̃m ardens erat dum loquereť nobis in via. vnde eñi cōuersio ⁊ tot ⁊ tantoꝝ pctōꝝ qui nō solum dieb⁹ ebdomadis ⁊ mēsibus: sed ēt annis multis i pctis steterūt aliqñ. xx. xxx. xl.

vtpote in blasphemijs:sortilegijs:furtis:lu
xurijs:ꝛ lenocinijs:nisi ꝑ verbū dei efficacit
predicatū:vnde demū fletus passiōis dn̄ice
suspiria magna ac desideria celestis patrie
nisi ꝑ verbū diuinū. O felix vocatio vtinā die
bus nr̄is ꝑꝑ nostra ɔ̄merita nō eēt hꝰ verbi
carentia ꝛ vocatiōis tā efficacis sicut cōmi
naꝛ dn̄s ꝑ Amos.viij. Mittā famē in terrā
nō famē panis ꝛ aque naturalis:ſ; famem
audiēdi verbū dei. Recte em̄ ꝓpter tātā vtili
tatē verbi dei. Dr̄ extra de officio vel potesta
te iudicis.c.i. Inter oīa q̄ spectāt ad salutē
ꝑpli xp̄iani pabulū vbi diuini marie noscit
esse necessariū. Qm̄ nō in solo pane viuit hō
sed in oī verbo qđ ꝓcedit de ore dei. Sed ve
infelici xp̄ianitati: qm̄ si in tyro ꝛ sydone.i.
si in filiꝰ ꝑdicata essent q̄ nūc dicūtur et
principaliter xp̄ianis forte egissent pn̄iam.
Quis ē nūc q̄ velit predicationē audire:aut
si audiat q̄s est q̄ perfecte attendat:ꝛ nō po
tius mente vageꝛ verbū spernat aut irride
at aut attēdat:quē reperies:qui opere ꝑfici
at. iam em̄ īpletū videꝛ qđ ap̄lus.ij.Thi.iiij.
ꝑdicabat futurū. Erit ei tp̄s cū sanā doctri
nā nō sustinebunt. Sed ad sua desideria co
aceruabūt sibi magr̄os prurientes aurib⁹ .ſ;
ꝙ̄ grande malū sit dr̄ Prouer.xxviij. Qui de
clinat aures suas ne audiat legē orō eiꝰ erit
execrabilis. Et.xliij.di.c.dispēsatio. Dicit sic
nō leue crimen incūbit pōtificibꝰ nō siluisse
qđ cōgruit:ita his qđ absit nō mediocre pe
riculū:qui cū debeāt parere,ɔ̄spiciūt. Et.i.q.
i.c.interrogo.dicit Aug. cū ꝙ̄ta sollicitudie
obseruamus: qn̄ corpꝰ xp̄i mistramꝰ: vt nil
ex ipso de manibꝰ nr̄is in terrā cadat tanta
sollicitudine obseruamꝰ:ne verbū dei qđ no
bis erogaꝛ dū aliqđ: aut cogitamꝰ:aut loq̄
mur de puro corde depereat. De vocatione ꝑ
signū dr̄ Isa.x. Leuabit dn̄s signū in natio
nes ꝛ cōgregabit dispsos iuda ꝛ colliget ꝓ
fugos israel. Istud ē signū crucis: qđ est si
gnū amoris Isa.v. Quid vltra debui facere
vinee et nō feci. de signo timoris ꝑs. Dedisti
metuentibus te significationē vt fugiant a
facie arcus. De vocatione per nunciū siue ꝑ
tribulationes dr̄ Hester.xv. vocauit assuerꝰ
Hester cū virga quā tenebat in manu sua. di
cit em̄ Greg. ꝙ mala q̄ nos hic ꝑmūt ire ad
deū nos cōpellunt. Sūtq; penalitates nun
tij diuine voluntatis vt reuertamur. Nullꝰ
ergo ɔ̄ deo cōqueraꝛ ꝙ nō sufficiēter vocatꝰ
sit:quare infertur sn̄ia verbi ꝑassūpti. Mul
ti sūt vocati:pauci vero electi.
¶ Quo ad scd̄m ꝑncipale: viso ꝙ plures re
probātur q̄ dānanꝛ ꝙ̄ saluētur videnda ē ra
tio perditiōis tot aiarū. Et ꝑmo declarādū
occurrit:q: ex parte di hic nō ē rō. imaginā
tur aliqui ꝙ io pauci sūt electi:q: diuina ꝑ
scientia ordinauit sic ꝙ pauci saluabuntur
Sed attendāt tales q̄d dicat Sco.dist.xl.i.
Memoria mea nō cogit ꝑterita fuisse. Sic
nec diuina ꝑsciētia futura fore. Ad hoc ē ex
emplū qđ ferꝛ ipsi Scoto accidisse prout re
fert magister Guillermus de valle rauliōis
Dum em̄ Sco. semel deambularet ꝑ angli
am occurrit laboranti in agro cui dum salu
tis monita suggereret:rn̄dit agricola. quid
nam ē ꝓ salute laborare:scit em̄ deꝰ q̄d mihi
contingere debeat:ꝛ an saluabor vel damna
bor. Cui rn̄dit Sco. deus vtiq; scit: si in ter
ra hac quā colis debeat crescere triticū ꝓuē
turum:veniet etiā si nō laboraueris. Si ve
ro sciat nō ꝓuēturū perdis penā tuā:q: non
crescet. Si ita sit ꝙ vt asseris ꝑ solā prescien
tiā diuinā oīa infallibiliter accidant. Quid
ergo laboras. Ad hec verba agricola obmu
tuit. ductus em̄ fuit ad meraꝫ nō loq̄. Audi
ant hec singuli:qm̄ si nō laborāt terrā cōscie
ntie nihil in ea crescet. Si em̄ laborare velit
nō perdēt penā sue dānationis: ergo q̄rēda
nō est alia rō ꝙ̄ illa q̄ vtiq; ī euāglio notaꝛ
cū is qui veste nuptiali carebat in tenebras
exteriores ꝓijci iubeꝛ. Que aūt sit hec vestis
declaraꝛ.i.Pe.iiij. Sup oīa aūt charitatem
continuam habētes:quia charitas operit mul
titudinem peccatorum:hec charitas electi
ue vel imperatiue omia includit ad salutē
necessaria.
Continet em̄.
Credenda.
Agenda.
Speranda.
Et suscipienda.
¶ In his em̄ q̄ttuor cōsistit salus hoīum vt
credāt qđ credendū est: agant qđ agēdū est
Et ea atq; teneant:sperent ꝛ optent que sup
omia sūt desideranda. Ea vero q̄ remedium
cōtra lapsū afferūt digne suscipiant. Ad ꝑ
mam spectāt articuli fidei. Ad scd̄am prece
pta decalogi. Ad tertiam dotes celestis pre

mij:pro quibus poscendum τ alijs necessa-
rijs ad salutē ordiate sūt petitiōes oratiōis
dñice. Ad quartā sacramenta ecclie q̄ digne
suscepta grām siue charitatē cōferunt: q̄ q̄-
dem grā vel charitas ꝫm Aug. est vestis nu-
ptialis diuidēs iter filios regni τ inter fili-
os pditiōis. Alio mō dici pōt vestis nuptia
lis ē cōformitas ad vestes xp̄i passi. legr̄ au
tem xp̄s indut⁹ triplici veste in sua passiōe:
videlicet.

Alba.
Coccinea.
Et purpurea.

¶ De prima Luc.xxiij. Indutū veste alba re
misit ad pylatum. De scda Johā.xix. Clami
dem coccineū circūdederūt ei. De tertia ma-
thei.xxvij. Vestē purpurā induerūt ei. Ad
sponsum cōtēplādū in his vestibus inducit
nos Sapi. Canti.iij. Egredimini filie hiru̅s
et videte regē Salomonē in diademate q̄
coronauit eum mater sua in die despōsatio
nis eius. Alba representat castitatem. Coc-
cinea charitatē. Purpurea austeritatē: sed
paucissimi his induunt. Ideo mirū non est
si multi dānant. Apoca.ca.xvj.ibi. Beatus q̄
custodit vestimēta sua. videat quilibet q̄ ve
ste induatur. Si sordida contra albā. Si fra
cta vel dissuta contra rubeam. Si lana lino
ꝙ contexta cōtra purpurā. i. simulatā. qm̄
vt dicitur sopho.i. visitabit dominus omēs
qui induunt veste peregrina defectu vestis
nuptialis. ignibus traditur quilibet q̄ mori
tur i peccato mortali: quod a nobis auertat
dulcis iesus. Amen.

¶ Dominica.xx. post penthecostē,
Sermo.xxxviij.



Omine de-
scende priusꝙ moriatur
filius me⁹. Johan.iiij. τ i
i euangelio hodierno. Ne
tardes cōuerti ad domi-
nū: τ ne differas ď die i
diē. Subito em̄ venit ira illi⁹. Eccl's.v. Ad
pctōrib⁹ i scelerib⁹ viuētes ꝟba sunt ista, vbi
duo notantur.

Primū ē saluatoris monitio,
Scdm ei⁹ dura cōminatio.

Cum peccatū mortale sit irremissibile post
hanc vitā. Eccl'.xi. Ubicunꝙ ceciderit lignū s
ue ad austrū siue ad aquilonē ibi stabit siue
in statu grē siue i statu peccati: ibi perpetuo
manebit anima. Et cum nullus sciat horā
que a presenti seculo excidit: merito spiritus
sanctus vnūquēꝙ monet ne cōuersionē su
am differat. circa hanc conuersionē tria sūt
videnda.

Pricipiū gratiosū.
Motiuū virtuosū.
Cōplemētū fructuosū.

¶ Principiū nostre conuersionis est diuina
gratia. Trenoꝝ.v. Cōuerte nos dñe et ꝯuer
temur. Nullo em̄ pacto ad deum cōuerti va-
lemus nisi ipse nos cōuertat. Crisostomus
homel.xxx. sup matheū. Anteꝙ peccem⁹ li-
berum arbitriū habem⁹ sequendi voluntatē
diuinam aut non. Sed postꝙ peccando ei
nos semel obligamus ex tunc virtute ꝓpa
euadere non poterimus: sed sicut nauis gu-
bernaculo fracto huc vel illuc vadit quocun
ꝙ tempestas eam ducit. Sic homo auxilio
diuine gratie perdito: nō hic facit aliud ꝙ̄
quod vult diabolus. Et nisi dominus eū ma
nu valida misericordie saluat vsꝙ ad finem
vite in peccati vinculis permanebit. pro hac
gratia liberatiua sepe oportet recurrere ad
meritum passionis xp̄i: et ad preces sacre et
intemerate virginis. De saluatore dicit̄ ad
Hebre.ix. Introiuit in ip̄um celum vt appa
reret vultui dei ad interpellandum ꝓ nobis
De virgine vero maria dicitur ad figurā re-
gis Dauid: ꝙ Abigay placauit regem.i. Re
gum.xxv. Dauid iratum contra nabal q̄ iux̄
nomē suū stultus dicebatur. Et hic ē pecca-
tor sic stultus remanens. Pro secūdo moti-
uo cōuersiōis est attendēda cōfidentia com
missorum flagitioꝝ: collatorum beneficio
rum: supplicatoꝝ criminatorum: τ gaudio-
rum promissorum. Hoc motiuo ductus fue-
rat qui dicebat. ps.cxviij. Cogitaui vias me
as τ cōuerti pedes meos in testimonia tua.
Uie iste sūt lapidose per malicias: spinose ꝑ
auaritiā: τ lutose per luxuriam. He sunt vie
tenebre eoꝝ qui dereliquerunt iter rectum:
qui letant̄ cum malefecerint: quoꝝ vie per
uerse sunt τ infames gressus eoꝝ. Prouer.
ij. Quibus consideratis attēte merito sunt
relinquēde. licet proh dolor ď multis possit
verificari quod dicitur de illis duobus dam

natis. Auerterūt oculos suos ne viderent celū ꝛ recordarent̄ iustoꝝ iudicioꝝ. Danielis xiij. Pro tertio aūt qd̄ ē cōplemētū conuersionis: volens ꝑcipere peccatoꝝ remissionem necesse hꝫ relinquere actiones peccatoꝝ ꝛ fugere atq̄ȝ deo sollicite inherere. Nemo enim pōt duobꝰ dn̄is seruire. Mat.vi.iij. Regum xviij.c. Dicit helyas. Usquequo claudicatꝭ in duas ptes si dn̄s ē deꝰ vr̄: si ꝑ q̄: sequimi eū: et hoc merito. ¶ Pro scd̄o principali thematis: q̄ alioquin veniret subito ira illiꝰ vbi et rectitudo diuine vltionis asserit̄: q̄ veniet ꝛ prouisio remedij denegat̄: q̄ subito. Dicat ḡ quilibet aīam sauciatā hn̄s dicat dn̄o. Domine descēde ṗusq̄ȝ moriat̄ filiꝰ meꝰ ꝛc.

¶ Pro fundamēto mouet̄ qō. An prio penitentē in articulo mortis: possibile sit digne penitere? Sco. di.xx.iiij. tractans hāc materiā ponit duas cōclusiōes. Quarū prima est affirmatiua talis. Possibile ē primo penitere ī articulo mortis digne. Probat̄ sic: quia digne penitere est donū dei. hoc aūt pōt deꝰ cōferre in articulo mortis sicut in sanitate. ptꝫ hoc exēplo latronis. Articulus mortꝭ dr̄ vbi ḃm iudiciū humanū mors ē imminens per infirmitatē vel ꝑ interfectionē. Secunda cōclusio quasi negatiua. difficile ē ꝛ quasi impossibile ṗmo ī articulo mortꝭ digne penitere. Probat̄ hec cōclusio rōne male habituationis defectu circūstātie finis: ꝑꝑ carentiam rōnis: ꝛ ꝑꝑ defectū libertatis. Hec deducētur in prima ꝑte sermonis. Quare merito dꝫ dicere pctōr. Dn̄e descēde ꝛc.

¶ Mirari enī nullus dꝫ si plures dānentur. Habens enī ignē accēsum ī domo sua ꝛ extinguere nolens miraret̄ nullus si domꝰ eiꝰ cōbureret̄. nec valet si diceret q̄s q̄ volūtatem habebat extinguēdi. Dr̄ enī de regulis iuris lib.vi. Mora sua cuilibet ē nociua. ꝛ de electione ꝛ electi ꝑtāte lib.vi.c. Cū inter vniuersas. Ubicūq̄ȝ mora affert periculū nullatenus est differēdū. ꝛ .ff. ex q̄bus causis maiores. l. Nō enī negligētibꝰ subuenit̄: sed necessitate rerū impeditis. Sicut nullus mirare tur si habēs funē ī collo nollēs se saluare vl̄ ꝑscīdere si suspenderet̄ vel strāgularet̄: qd̄ peius est ꝛ valde absurdū. ¶ Ad vos obstinatos pctōres ꝛ peruersos xp̄ianos ignē infernalem nedū per mēsem: sed ꝑ annū ꝛ ꝑ annos plures in cōscia vestra portantes funē quo suspēdemini ab annis multis differentes sunt verba ista. Quot enī pctā mortalia ignis deuorabit testatur Job.xxxi. de peccatꝭ loquens. Ignis ē vsq̄ȝ ad cōsumptionē deuorans. Quot vero eadē peccata funibꝰ cōstringentur. testat̄ sapiēs Prouerb.v. Iniq̄tates sue capient impiū ꝛ funibus peccatoꝝ suorum vnusq̄sq̄ȝ cōstringetur. O quot sunt dānati nunc qui hūc ignē poterantꝭ extinguere qui funē poterant soluere vel ꝑscindere: q̄ tamē ineternū cōburent̄. Nitatur ergo quilibet propriā cōsciam respicere ꝛ anteq̄ȝ comburatur ꝛ strāguletur peccati ignē nitat̄ extinguere ꝛ cū regulo dicat. Dn̄e descēde.

¶ In isto sermone erūt due ꝑtes.
Prima de pn̄ie ī extremis millitate.
Secunda de diuine condescentionis promptitudine.

¶ Quo ad primā ex n̄ris ī peccato mortali merito debet orare deū vt per grām suā descendat in aīaꝫ eius ante mortē: q̄ vix digne penitebit in mortis articulo qui diu fuit ī peccatis assuetus propter tria. ꝛ nunc ꝺ ducbꝰ dicetur. Certum ē enī ꝙ q̄ȝdiu sumus ī p̄nti seculo pugne ꝛ tentatiōibus expositi sumꝰ: ita vt dicat Job.vij.c. Militia est vita hoīs sup terrā. Alia littera habet tentatio. Ephese.v. Nō ē nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē: sed aduersus potestates mūdi et principatus ꝛ rectores tenebrarum harū. ꝙ si tanta pugna sit in vita nō est dubiū q̄n fortissima sit in morte: in q̄ si victꝰ fuerit hostis ineternum nō superabit. Et si vicat̄: ineternuꝫ nō erit remediū. De hac pugna finali dr̄ Gen̄.iij. Tu insidiaberis calcaneo eiꝰ. et p̄s. Insidiatur vt rapiat pauperē quasi leo ī spelūca sua. Quis tam insensatus qui se estimet superare aduersariū in infirmitate: queꝫ sup̱are nō potuit in sanitate. Quis ei tam ebes vt onera grauia imponat iumento laboribus oīmode cōfracto. Reliqua vero fortiora ꝛ expedita exonerata relinq̄t. Hi sūt miseri peccatores qui ꝑ totū tp̄s vite sue ducunt in gaudio ꝛ leticia dies suos: in fine vero vite sue totū onus sue miserabilis cōuersationis īponūt sup diē extremū. Huiꝰ pugne figura expresse Luc.xix. hr̄ vbi saluator flendo dixit. Uenient dies in te ꝛ circundabunt te inimici tui vallo: ꝛ coangustabūt te ꝛ ad terram ꝑsternent te. O durissimū bel

lium nunc qui audiũt p̃dicatiões: legũt scri-
pturas: sani sũt corpe ꝑpediti nõ sunt intel-
lectu: vident bonoꝝ exẽpla: ꝛ tñ a peccatis ñ
cauent: hosti resistere nequeũt. Quid eis i il-
la pugna cõtinget: qñ soli derelicti infirmi-
tate detenti: oĩqꝫ miseria circũdati erũt. o ve
rax deus forte dicet q̃s. tũc nõ tẽtabunt de
luxuria: auaricia: ꝛ superbia. fateor equidem
Sed certe tunc diuersissimis tentatiõibus
aggredient. Protestat grego. declarans p̃-
dictum euangeliũ. Diabolus eñ sciens tũc
q: modicũ tp̃is habebit totã astutiam suaꝫ
ponet ad subuertendũ hoĩeꝫ. vnde ps. Ini-
mici mei aĩam meã circundederũt: vallũ fa-
ciunt reducendo ad memoriã peccata. Val-
lum eñ ꝓprie ẽ de pallis ꝓhibens exituꝫ et
aditum ciuitatis. Demones ergo aĩam val-
lo circũdant qñ impediũt ne peccata ab aĩa
exeant: ꝛ ne gratia dei intret. Adipẽ suũ cõ-
cluserunt qñ abundãtẽ maliciam suã i aĩaꝫ
ꝯcludere volunt ꝛ q̃rũt. Os eoꝝ locutũ ẽ su-
perbiam: dũ vcꝫ de infidelitate in desperati
one morientẽ tẽtant: dei serui ab hac pugna
nõ sunt exẽpti. Quid ergo inimicis dei acci
dere poterit? Beatus martinus vidit diabo-
lum sibi assistentẽ in mortis articulo: cui di
xit. Quid hic stas cruẽta bestia? Beat⁹ quo-
qꝫ bernar. vexat⁹ fuit in infirmitate ð despe
ratiõe. Sctũs q̃ꝫ cirill⁹ i libro de obitu hiero
nymi: refert de hieronymi discipulo: q cum
triduo ꝑdidisset loquelã sacramẽtis p̃us ri
te susceptis duobus diebus añ ei⁹ exitum ce
pit ita terribiles actus peragere ꝑ circũstã-
tias q monachi timore perterriti i terra ia-
cebãt. Nã qñqꝫ oculis transuersis iunctis si
mul manib⁹ dura facie t'ribiliqꝫ voce clama
bat. nõ faciã nõ faciã: mẽtiris mẽtiris. Post
hec faciẽ suaꝫ in terra firmabat ꝛ vt poterat
dicebat. Adiuuate me fratres ne pereã. Qð
videntes fratres monachi oculis lachrymã
tibus interrogauert eũ q̃d hoc eẽt. At ille di
xit. Nõ vidistis demonũ agmina: q̃ me ðbel-
lare cupiebãt. ꝛ illi. Quid tibi facere volebãt
cum dicebas nõ faciã mẽtiris. Conabantur
ait ille: vt nomẽ dei blasphemarẽ: tũc hoc fa
cere negabã. At illi dixerũt ei. Quare p̃r ab
scondebas faciẽ tuã in terra? Rñdit. ne aspe
ctuꝫ inimicoꝝ viderẽ q̃ tã terribilis ẽ q. oẽs
terrores q̃ sunt i mũdo respectu ei⁹ nihil sũt
Tandeꝫ apparẽte gloriosissimo hieronymo
feliciter migrauit. Si ergo dei seruo tãta fu
erit pena q̃d fiet de inimicis peccatorib⁹? O
miserabilis mũdanoꝝ vita: audi illud Eccl'.
vlti. Memẽto creatoris tui i dieb⁹ iuuẽtu-
tis tue anteq̃ꝫ veniat tp̃s afflictiõis tue. Secũ
dum q̃d impedit ne tunc peniteam⁹ est cha
ritatis priuatio. Certũ est ei q actus displi
centie peccati non est deo placẽs nisi ipsa di
splicentia sit circũstãtia a parte principij et
finis: ita q sit voluntaria ꝛ ꝓpter deũ. de pe
niten. dist. vij. c. nullus dicit Augu. Scriptũ
est neminẽ sine charitate posse saluari. Nõ
itaq in solo timore dei viuit homo quẽ opꝫ
nõ soluꝫ redimere iudicẽ: sed etiã diligere vt
patrem. Audiãt hoc pctis dediti qui si quaꝫ
intẽtionẽ in tali articulo habẽt nõ ẽ ꝑꝑ de
um: sed ꝑꝑ timorem pene parate. Orãt mer
cis cordeau. O peruersa febris. Febris enim
quẽ tollit saporẽ: nũc frigus nũc calorem ge
nerans peccatũ rep̃ntat aufferẽs saporẽ spi
ritualium etiã timore vel amore inordinato
Tamẽ ante mortẽ ad deũ redi: ꝛ deuote dic
ei quod premittitur in themate preassũpto.
Domine ꝛc.

¶ Quo ad scðm p̃cipale vt dominus ðscẽ
dat in aĩam per g̃ram opꝫ q regulus veni-
at ad saluatorẽ ꝛ excecat capharnaũ. ꝛ h̊ dũ
saluator transit a iudea in galileam illa ho
ra relinquet eum febris. hec oĩa mistice itel
ligenda sunt. Regulus regimẽ hñs ðr libe
rum arbitriũ q̃d a nullo cogi potest. Eccl's.
xv. Deus ab initio creauit hoĩem ꝛ reliquit
eum in manus cõsilij sui. s. in liberuꝫ arbitri
um. vnde Hiero. ꝯtra Iouinianũ. Si inq̃t li-
beri arbi. nos cõdidit deus vt nec ad ỽtutes
nec ad vicia necesse trahamur: alioqui vbi ne
cessitas ibi nec corona. Nota tamẽ q liberũ
arbitrium ðr regulus diminutiue nõ rex ab
solute: q: lꝫ cogi nõ possit: nequit tñ merito-
rie oꝑari sine auxilio dei. Propt'ea dic̃ mg'r
senten. xxv. dist. ij. q libeꝝ arbitriũ est facul
tas voluntatis et rõnis. ꝛ sunt verba beati
Augu. Hic regulus debet exire a capharna-
um vt veniat ad iesum. i. dimittere consola
tiones mundanas ꝛ teꝑales. Capharna
um enim interpretatur ager pigũedinis vl'
vallis consolatiõis. Sic fecit qui dixit. Rẽ-
nuit cõsolari aĩa mea mẽor fui dei. Sic ma
thei. x. ðr. Qui nõ accipit crucẽ suã ꝛ nõ seq̃
tur me: nõ ẽ me dignus. sic ap'ls Philip. iij.

Omnia detrimēta fecit arbitratus sū oīa vt stercora vt xpm lucrifacerē. sic fecit Hieronymus. Unū i aureola dicit. Impossibile ē vt h ventrē ⁊ illic mentē quis reficiat: vt de delicijs ad delicias transeat: ⁊ in p̄nti ⁊ i futuro gaudeat seculo. hec ille. Sz necesse ē vt inqt Augusti. in soliloquijs: vt alterā p̄dat cōsolationē supple q̄ reliquā voluerit possidere. sed ad vos indurati pctōres q̄ ebrietatibus: luxurijs: blasphemijs ⁊ vindicationibus: rancoribus: ludis: et piurijs: fraudib⁹: ceterisq̄ peccatis vacatis v̄ba sūt ista. Sed certe p̄th dolor: multi sūt similes balaā. qui vt dr̄ Nūe xi. xxiij. volebat mori morte iustoꝝ: quoꝝ tn̄ vitā grauissime psecutus fuerat ⁊ qb⁹ i bono semp cōtradixerat. Sic ⁊ pessimi peccatores plerīq̄ vellēt premiari premio iustoꝝ et sanctoꝝ habereq̄ finē eorū ⁊ in fine h̄re grām dei: nolunt tn̄ facere opa eoꝝ. Certe talibus dici pōt qd̄ scribif. xl. dist. ca. Nō ē. Nō sunt filij sanctoꝝ q̄ loca tenēt sanctoꝝ: sed q̄ imitātur opa eoꝝ. Quilibet ergo saluari cupiens veniat ad dn̄m oē qd̄ ē in mūdo ꝯtra deū sicut luxuriā supbiā cupiditatē fraudesq̄ et rancorē relinquāt tanq̄ capharnaū vt sic illis dicaf. Sicut credidisti fiat tibi ⁊c. Qd̄ nobis donet dulcis iesus. Amē.

¶ Do. xx. post penthe. post prādiū. Sermo. xxxix.



Domine descende: vt. s̄. Estote parati q̄ qua hora non putatis filius hoīs veniet. Lu. xij. Ad miserabiles pctōres verba sūt ista. vbi duo notanf.

Primū ē saluatoris monitio.

Scd̄m ē dura cōminatio.

¶ Quo ad primū salubriter monemur nos preparare an̄ mortē. Dicit eīn cyprianus. de pe. di. i. c. Nunqd. qualē te inueniet dn̄s: talē te iudicabit. Modus aūt se p̄parādi expositus fuit in ps. dicente. Cogitaui dies antiquos ⁊ annos eternos i mente habui: meditat⁹ nocte cū corde meo ⁊ exercitabar ⁊ scopebam sp̄m meū. pondera singula cogitauit. Certū ē eīn duas eē ciuitates. vnam bonoꝝ: alterā maloꝝ: finalē ⁊ vltimā ad quam quis peruētur⁹ sit penitus sit penit⁹ ignorat Nescit eīn hō an odio vel amore dignus sit. Eccl'. ix. sed oīa in futurū reseruātur incerta Si quis ergo hic efficaciter cogitet nō dubium meditabif in vita sua qualē duxerit: q̄lē ve ducere intendit. Excitabitq̄ se in oībus virtuosis operib⁹ ac scopabit. i. purgabit cōscientiā suā a peccatis. sic eīn dr̄ Apo. iij. In mente ergo habe qualiter acceperis ⁊ audieris. ⁊ serua ⁊ pniam age. sed qn̄ hoc fieri debet dr̄ Eccl'. ix. Quodcūq̄ pōt manus tua instanter operare: q: nec op⁹ nec rō nec sciētia nec sapia sunt apd̄ inferos quo tu ppꝑas. Et hic notaf scd̄a ps in q̄ dr̄. q: q̄ hora n̄ putatis ⁊c. Uoluit aūt dn̄s horā mortis eē incertā triplici rōne.

Primo vt hō viuat puri⁹.

Scd̄o vt hō opef cōmuni⁹.

Tertio vt hō cōuersef hūanius.

¶ Prio ⁊c. ignorās qua hora egredief. vnde Gregorius tractās illud. Uigilate ⁊ orate dicit. Si scirent hoīes qua hora ab hoc seculo migrare d̄berent partē vite sue voluptatib⁹ aliam vero laudib⁹ forte exponerēt. Nūc autem qui nos incertos reddidit suo seruitio semp deditos esse voluit. Scd̄o vt hō operetur cōmuni⁹ ⁊ diligenti⁹ ⁊ p̄ ōn̄s vtili⁹. Si eīn sciret homo mortis horā forte desisteret ab operationib⁹ vtilibus alijs multis vt sibi ipsi vacaret. Unde fert Grego. libro dialogorū dictū fuisse cuidā: cui reuelata fuerat hora mortis. age quod agis: opare qd̄ operaris. Tertio vt hō cōuersef humanius. Si ei sciret hō horā mortis sue nimis melēcolice viueret. Certū tn̄ est q̄ tps breue est. i. Coꝛ. vij. Dū ergo temp⁹ habem⁹ operemur bonū ad Gala. vi. Dicamusq̄ cordialiter domino vt descendat.

¶ Pro fundamento mouef. qō: q: dr̄. dn̄e descende ⁊c. An xp̄i vicarius vel sacerdos dei minister possit peccata dimittere. Respondet Sco. di. xiiij. ⁊ pleni⁹ di. xviij. q̄ q̄uis videatur dicere magr̄ distinctiōe. xiiij. vl. xviij q̄ solus deus habet remittere culpā et obligationem ad penā eternā. Minister tamē ostendit penitentē esse absolutum ac soluit vel ligat ad penam temporalē. Uerius tamen videtur q̄ cū sacramentum penitērie sit sacramentum noue legis habens efficaciam ex ope operato: qd̄ quidē sacramētum h̄z pro formali absolutionē factā a sacerdo

te iurisditionē habēte: ꝙ ꝑ ipam absolutionem seu sacramētū vere remittit culpa seu obligatio ad penam: et cōfert gr̄a ministerialiter. Et si dicatur quis remittit peccata nisi solus deus: est verū auctoritate: sed ministerialiter illud est datū sacerdotibus et dictū est a saluatore. Quorum remiseritis peccata ⁊c. Jo.xx. Nō est aūt sic intelligēdū ꝙ sacerdos si remittat ministerialr ꝙ attingat grām in se: sed ꝑ virtutē sacramētalē i sacramento existētē et virtutē caracteris sacerdotalis simul cōcurrit ministerialiter ad effectū sacramēti: ita ꝙ nō sit tm̄modo ex pacto diuino vt aliqui opinanī: alias non viderenī differre sacramenta noue legis a sacramentis veteris legis. vide btm̄ Tho. in .iiij. sententia. Dicat ergo q̄libet in pctō mortali exn̄s. Dn̄e descende: vcz per grām: descēdat et tuꝰ minister: vt qui ꝑ cōtritionē nō sū sufficiēs obtinere grām illā valeā adipisci per operationē sacramētalē ⁊c. Mireī aūt nullus si plures dānenī. Nēpe nullus mirareī si corpora paganorum hereticorum: aut excōicatorum extra ciuitatē proijcerētur: imo q̄ viderēt ea in humari in terra benedicta mirari deberent Nō em̄ ibi debent sepeliri et si a casu vel alias ibi sepulta fuerit sūt extrahēda. Ut plane hr̄ de statu monachorum. ca. sup quodā canonico regulari. et de sepulturis sacris. Ad peccatores dānatiōe dignos verba sūt ista. Oīs em̄ in peccato mortali exīstēs excōicatus est: q: extra cōmunionē iustorum et sanctorum est. Tollaī inquit Jsa. xxvi. ca. impius ne videat gloriam dei. Jn terra em̄ sanctorū inique gessit. Uigilet ergo ratio sup totum hoīem si sit ibi aliquid ꝑꝑ qđ a sanctorū cōsortio eijci debeat et igni ꝑpetuo deputari. sicut vigilare dꝫ ꝑfectus ciuitatis sup totam ciuitatē et illā circuire die noctuqꝫ: vt q̄libet habeat in domo sua vnde ignem nociuū extinguere possit. Sic notatur. ff. de officio ꝑfecti vigilantis. Nā salutaris hec vigilantia debet esse precipue tēpore sanitatis: ne forte tempore articuli mortis speret homo vigilare et remediuꝫ adhibere et non possit. q̄re merito sub typo reguli clamare debet. Domine descende priusq̄ꝫ moriatur filius meus ⁊c.

¶ Jn isto sermone erūt due ꝑtes vt in primo sermone.

¶ Quātū ad primā partē merito q̄s añ mortis articulū dꝫ deū rogare vt i sua cōscia descendat: q̄m i mortis articulo digne penitere q̄s vix pōt. Et hoc ꝑꝑ duas rōnes q̄ posite sunt priꝰ. quarū

Prima ē passionū alteratio.

Scđa ē malorum habituatio.

¶ Certum est em̄ ꝙ passiōes vehemētes appetitus sensitiui sepe impediunt rationem Sciebat hoc qui dicebat ad Roma. vij. Non quod volo bonuꝫ hoc ago sed quod odio malum illud facio. et iterū ibidem. Jnfelix ego quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ. et q̄uis omnes passiones nate sint impedire vsum rationis precipue tamen ƀm Augustinū. lxxxiij. questio. Passiōes causate a tristabilibus plus mouēt q̄ꝫ causate a delectabilibus. Sic enim aliquando mouent ꝙ sic impediunt vel ꝙ totaliter vsum ratiōis tollunt. Actus autem displicentie de peccato vt deo placeat et sit sufficiens ad veram penitentiam exigit ꝙ vtatur ab vtente ratiōe cuius vsus multotiens impeditur propter passiones dolorum aut timorum aut vtriusq̄ꝫ simul. Nouerat hoc qui dicebat. Torrētes iniquitatis conturbauerūt me. Efficiuntur quippe mlti heretici in articulo mortis nec dei nec sui valent recordari. Alij versanī ita circa exteriora ꝙ salutis prope nullo pacto recordantur. his contingit illud August. in sermone de innocentibus. Ab hac animaduersione percutiī peccator vt moriens ⁊c. O quis enarret quot homines in rabiem conuersi sunt hora mortis. Alij in desperationē Alij in ydolatriam. Alij sibi mortes proprijs manibus intulerunt. Alij demones inuocabant. Alij fidem negabant. nunc igitur homo in sanitate de peccato cogitet si peniteat: quoniam vt dicitur Eccl'. ix. c. Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo et aues laqueo: sic peccatores tempore malo. ¶ Secunda ratio quando homo in fine vix potest penitere est malorum habituatio. Habitus est qualitas de difficili mobilis a subiecto. quare peccatores peccatis dediti qui nunq̄ꝫ sciuerūt quid sit penitere nisi forte dormiendo qui etiam in sanitate cōstituti intellectu et sensu non impediti. Si de peccatis suis cogitare vellent ratione cōtrarie habituationis vix possent. Quomodo

ergo hoc poterunt in fine dierum qñ ab hoc retardabuntur ꝛ impedient ꝛ ratione dolorum corpis ꝛ rōne cōtinuate ꝛ frequentate male operatiōis. Propterea Hiere.xiij. dicit Si ethiops pōt mutare pellē suā ꝛ pardus varietates suas: ita ꝛ vos poteritis bñ facere cum didiceritis malū. israel d̄ manu pharaonis nō potuit auelli nisi in manu forti i signū ꝙ habituat⁹ i pctō vix pōt liberari. vñ Hiero. Pctm̄ vix auellit qd̄ lōga expectatōe et cōsuetudine retinet ꝛ multa placuit volu ptate. Cū quis itaqꝫ alias lōgo tpe i amore mūdi ꝑseuerauerit difficile ē ipsum retrahere vt mūdū nō diligat ꝛ de perdito mundo nō doleat. dicit em̄ Greg. in morali. ꝙ nū ꝙ sine dolore ꝑdit qd̄ cū amore possidet. de hoc legūtur multa exēpla. dic de illo diuite qui dicebat. O pecunie mee ꝗ vos possidebit: quere in Roberto. O miseri. o indurati filij adā. o vani seculi amatores hec audite. d̄ vestra salute cogitate ꝛ ad deū redeundo ei more hui⁹ reguli dicite. Dñe descēde priusqꝫ moriat fili⁹ me⁹.

¶ Quo ad scōm pricipale: viso sermone precedēti qualiter pctōr more reguli exire dꝫ a capharnaū. i. relinqre delectamēta pn̄tis seculi: ꝯñr restat videre quō debeat venire ad iesum transeūtē a iudea in galileā. Pro quo nota ꝙ iesus vnomō interptat salus. Judea ꝯfessio. galilea trāsmigratio. venire ergo ad iesum trāseūtē a iudea in galileā nihil aliō est. ꝗꝫ querere salutē in pura cōfessione pctōrum trāsmigrādo ab operib⁹ malis ad operationes bonas virtuosas. ꝛ meritorias. Null⁹ em̄ saluari pōt nisi cōfiteat peccata sua si assit possibilitas. de mortalibus dico post baptismū: nec sufficit ꝙ qs cōfiteat nisi vitam ꝑstinā dimittere velit. de cōfessione aūt hic notandū ꝑmo ꝙ sūme optare debem⁹ bñ cōfiteri: qꝛ hic pēdet nostra salus. dr̄ em̄ Jo.xx. Quoꝝ remiseritis pctā remittunt eis: ꝛ hoc fit in cōfessiōe. ꝛ. i. Jo. i. Si cōfiteamur peccata nostra fidelis ē de⁹ vt remittat nobis peccata nr̄a. Nec mirari oꝫ si debeam⁹ cōfiteri. oīs enī res ꝑ easdē cās soluit ꝑ quas nascitur: vt hr̄ de regu. iur. Sed diceret qs frat in quadragesima cōfitebor nō ē nūc tps audiendi ꝑdicationē de cōfessione. Cui rñdendū ē ꝑmo. qs ē certus se qdragesimā videre.

¶ Scōo dato ꝙ videas quō volūtatū malaꝝ iniquoꝝ ꝛ pranoꝝ operū: que ꝑpetras poteris recordari.

Tertio dato ꝙ oīm: qd̄ tñ ē impossibile quō vuln⁹ peccati sic lōgo tpe vis aufferre a mēte. Audi saluatorē dicentē Lu.xiiij.c. Cuius vr̄m bos aut asinus cadet in puteo ꝛ nō extrahet illum cōtinuo. Sed ꝓh dolor casui bouis ꝛ asini subuenit: corp⁹ infirmū curat. Sola aīa dei ymagine insignita ꝛ redēpta xp̄i sanguine negligit. vadat ergo quilibet ad salutē obtinēdā dū saluator transit a iudea in galileā ꝛ cōfiteat. ꝗꝫ primū poterit dicendo cū Ezechia. Isa.xxxviij. Uiuens viuēs ipse cōfitebit tibi. Tāto em̄ sūt grauiora crimina ꝗ̄to infelicē aīaꝫ diutius detinēt alligatam. ca. fi. de cōsue. Exigitur scōo ꝙ fiat trāsmigratio. Et dꝫ eē triplex: vcꝫ.

Migrādo a malo in bonū,

Ab occasione mali.

Et a specie mali.

¶ Primā suadebat qui dicebat vade ꝛ āpli⁹ noli peccare. Johā.viij. Scōam ꝗ monebat exire de medio eoꝝ. Tertiā qui persuadebat i. Thessalo.v.ca. Ab oī specie mala abstinete vos. Sed propter defectū harū trāsmigrationū pleriqꝫ in peccatis ꝑmāserunt. ꝛ ꝗꝫuis confessi fuerint: tñ abstinēdi ꝓpositū nō habebant. Testimoniū ferāt sup hoc ꝗ suas luxurias ꝑ decēniū cōtinuauerūt: suas iracūdias: cautelas: fraudes: ꝛ iuidias nō sic facient salutem suam. Sed a iudea in galileaꝫ veniant: audiātqꝫ ꝑceptū dñi abrahe datuꝫ dicentis Gene.xij. Egredere de terra tua ꝛ d̄ cognatiōe tua ꝛ de domo patris tui ꝛ veni i terraꝫ quā mōstrauero tibi. Et tunc hora septima relinquet eū febris: qꝛ infusionem septem donorū sp̄ūsctī remissionēqꝫ pcipiet. Sicqꝫ nō frustra orabit dicens. Dñe descēde priusqꝫ moriatur filius meus. Et pro cōclusione ipse credidit ꝛc. quod nobis donare dignetur qui sine fine viuit et regnat in secla seculorum.

¶ Do.xxi. post penthe. Sermo.xl.



Redde quod debes. Mathei.xviij. ꝛ i euangelio. ante iudiciuꝫ para iusticiam ꝛ añ iudicium interroga temetipꝫ

z in ↄspectu dei inuenies ꝓpiciationē.Eccl. xviij. Ad pctōres multipliciter obnoxios.ff. verba sunt ista in qbus dno notanf.
Primū est salutaris monitio.
Scōm felix z bona repromissio.
Pōdereꝗ hoc qm̄ q̄dā forte celebrauit i pctō et nulli sūt peiores istis. Sȝ an oporteat facere bona opera ad augmētandū grām. Dic petrus. ij. Pe. i. Satagite fratres satꝗ agite. satis aūt. i. valde. Conamini ⁊ laborate per bona opera. certā faciatis vocationē vestam Conamini multiplicare bona opa vsq̄ȝ q̄ fueritis securi saluari. Queram⁹ iacobo maiori si habuerit paradisum ꝑ suā cognationeȝ. vbi sunt ille matres que impediūt suos filios ne ingredianť religionem: Audite Mathei. xx. accessit ad iesum mater filioꝝ Zebedei maria salome soror virginis gl'iose et filia sancte anne. Et vocabiť salome: q2 maritus eius sic vocabať. ⁊ fuit cōiuncta cuȝ illo qui vocabať zebedei a quo habuit duos filios. Et dn̄ica in ramis palmaꝝ xp̄s ibat in hirl'm ⁊ dixit discipulis suis. Ov'ca fratres mei videtis honorē mihi impēsum: sȝ q̄cq̄d sit occident me isti ⁊ tertia die resurgā: et liberabor a morte ⁊ ingrediar regnū meum. Tunc dixerunt duo filij matri q̄ pn̄s erat: q2 auuncula saluatoris erat. dn̄a audistis quō ip̄e dixit ꝙ morieť ⁊ t'tia die resurget igressurus regnū suū. Vos estis auūcula sua nō audemus aliquid petere ꝓ nosipsos: q2 increparemur de audacia. Vos estis mater: si casus nō sit bonus excusabimini rōe sex⁹. Et sic dn̄a ꝓ nobis petatis ꝙ ponat vnū ad dexteram suaȝ ⁊c. ⁊ illa nō defecit. Nā venit ad saluatorē dicēs. Dn̄e ⁊ magister reuerende nepos mi facio vobis vnā supplicationē. Et q̄d vultis dn̄a: Ecce duos filios meos cognatos vestros q̄ dimiserūt patrē ⁊ me matrem reliquerūt ꝓ sequēdo vos. Vobis subueniet de illis ⁊ qn̄ eritis i regno vestro ponite vnū ad dexteram: alium vero ad sinistraȝ. O peccatores audite. Caro ⁊ sanguis regnū dei n̄ possidebunt. Estis hic qui datis bn̄ficia vestris nepotib⁹: Cōuersus xp̄s ad cognatos dixit. Nescitis quid petatis. vos petitis poni ad sinistrā ⁊ ad dexterā. vere nullus igreditur paradisū ꝑ cognationē. potestis bibere calicē quē ego bibiturus sū. potestis pati mortē quā suȝ passur⁹: Dixerūt ei. possum⁹ nos sumus parati. Et bn̄ dixit illis. Tu Iacobe habebis caput abscisum. Et tu iohannes eris positus i doleo olei. Habebiꝗ para

diſū. vere nō ē meū dare ſm affectiones car
nale: ſed ſolū illis quib⁹ pināū ē ꝙ habebūt
per opa meritoria. Uultis audire greg. Cū
cōſidero iohānē in heremo: petrū crucifixū
Jacobū decolatū herodis gladio: ⁊ ſi tm̄ de
us punit quos diligit: qd faciet illis q̄s ieſ⸗
nū reprobat ⁊ odit? Rogo ꝙ nobiſcū faciat
miam. Cū cōſidero ⁊c. Uelas ſi ſcti amici ſic
fuerint puniti ⁊ tm̄ chare vēdiderit ill' glo
riam: qd faciet malignis pctōrib⁹ q̄ paſſim
eū offendūt? Uos debetis ibi cogitare. vtinā
augeatis grām ⁊ eſſetis ita diligētes ad vos
diſponēdū ſicut eſtis ad vos ſpeculādū et or
nādū. Uos dn̄i cogitetis ⁊ deſideretis eē i gra
tia quā nobis cōcedat ops dn̄s. Amē.

¶ Sermo decimuſquitus.


Tipendia
pcti mors ⁊c. Nihil me iu
dicaui meli⁹ ſcire inter vos
⁊c. ¶ Dn̄i ⁊ pauperes pctō
res ſi retinuiſtis materiā
quā vobis hodie declaraui qlibet dꝫ conari ⁊
deſiderare facere aliqd ꝓ hn̄do padiſū. pau
lus declarat in deductiōe nr̄e materie ꝙ ſa
lariū pcti mortalis dānatio. bonū vero gra⸗
tie dei formal'r obiectiue ⁊ cauſatiue ē ſalua
tio eterna. Et ꝓ cognoſcēdo hec duo puncta
dixi ꝙ nihil meli⁹ q̄ʒ mēoria mortis ⁊ recor
datio paſſionis xp̄i ⁊ crucis. Frat' qd placet
vltra dicere? Reſtat adhuc dicere vnā mate
riā in fine nr̄i text⁹ nr̄e figure. Dan. iiij. c. Ex
ea veſcebat' oīs caro. Arbor quā vidi: dic Da
niel: erat i medio terre fortis ⁊ magna: ⁊ eſca
vniuerſoꝝ in ea: oīs creatura nutriebat' fru
ctu illi⁹ arboris. Et nūc dicit ex ea veſcebat'
oīs caro. Uidetur ꝙ ſit nugatio ⁊ repetitio.
Eſca vniuerſoꝝ i ea ꝓ pn̄ti vita ⁊ ex ea veſce
bat' oīs caro ꝓfutura. Ueſcor veſceris tm̄ va
let dicere ſicut fructu refici. ⁊ btitudo quam
ſperam⁹ ē i fruitiōe dicit ſchola nr̄a. Jdo ex
eo veſcebat' oīs caro tā āgelica q̄ʒ hūana. ve
ſcebat' ⁊ fruit' illo fructu q̄ erat in arbore po
ſit⁹. Oīs creatura nutriebat' illo fructu: ſʒ q̄
eſt illa oīs creatura? Uere creatura oīs que
pōt btificari in duab⁹ diuidit' .ſ. i angelicā et
humanā: ⁊ quelibet harū illo fructu nutrit'
et reficit'. Nos habem⁹ textū formal'r. Joh.
xvij. Hec ē vita eterna vt cognoſcāt te deū. ve
rum cognitiōe affectiua. Et quē miſiſti ieſū
xp̄m. Audite vita eterna quā ſperam⁹ deus
det vobis illā: hoc ē ꝙ habeam⁹ fruitionem
btificā. Quid vocatis vos fruitionē. Fruitio
venit de fruor ⁊ de fructu. Uis videre arbo⸗
rē floridā i orto: nōdū eſt fruct⁹ i manu tenes
vel in archa nōdū ē fructus. neqꝫ qn̄ colligi
tur nec qn̄ ponit' in horreo adhuc nō eſt fru
ctus: ſʒ qn̄ comedit' tūc eſt fruct⁹. Audiuiſtis
loq̄ de amoroſa fruitiōe vel de fructu amo⸗
ris. Qn̄ qs hʒ pomū ⁊ diuidit ꝑ partes ⁊ po
nit i ore ſuo: tūc hʒ ſaporē in guſtu ⁊ odores
in olofactu: tūc vere hʒ fruitionē fruct⁹ ⁊ de⸗
lectamētū. Sic ſpūal'r fruct⁹ i arbore ē xp̄s
qui pependit i ea: q̄ q̄ʒtū ad humanitatē ⁊ di
uinitatē ſperam⁹ vt nos ſatiat ⁊ uos om̄es
nutriat. Sʒ frater quō ſatiabit nos ⁊ refici
et diuinitas ipa? Uos hētis figurā. iij. Reg.
x. Uidēs aūt regina ſabba ſapiētiā ſalomo
nis ⁊ domū quā edificauerat ⁊ ordies mini
ſtrantiū ⁊ habitacula ſeruoꝝ ⁊ holocauſta q̄
offerebat in domo dn̄i: nō habebat vlt' ſpm̄.
Tūc dixit ad regē ſalomonē. Beat⁹ es ⁊ bti
ſerui tui qui ſtāt corā te ⁊ audiunt ſapiaꝫ tu
am. verus ē ſermo quē audiui i terra nr̄a ſu
ꝑ ſapia. tua: ⁊ nō credebā narrātib⁹ mihi do
nec ipa veni ⁊ vidi oculis meis.
¶ Leuate corda vr̄a dn̄i. Deſideratis ne ire
ad paradiſū: vos mundani ⁊ gaudiſſeri? In
bona fide ſi de⁹ dimitteret vos iv'ris pl'chris
ornamētis ſericis. Uos pl'chre mulieres nū
quid eſſetis cōtente quittare paradiſū illaꝫ
dimittere deo ⁊ manere in bāquetis in iſto
mūdo. Quid dicitis dn̄i mēdicātes ⁊ magri
reuerendi? Audite anſelmū libro de ſilitudi
bus ibi ponit hoc eē ipoſſibile. Et ſi eſſet te⸗
xtus euāgelij tāgit vſqꝫ ad ſanguinē. Tm̄ de
ſideriū dꝫ ineſſe hoi pertigendi ad bonū pp
qd factus ē tātuſqꝫ dolor: q: ibi nō ē tātuſqꝫ
timor ꝙ ibi nō pueniat: ꝙ nihil in pn̄ti ipꝫ
delectari debeat: niſi ꝙ ad illud ꝑtīgēdi iu
uare poterit: ⁊ illuc nemo pueniet niſi q̄ ar⸗
denter ⁊ frequēter deſiderauerit. Audite ſi⸗
gnū euidens eſt nullus ingrediet' regnūꝫ q̄
nō hʒ volūtatē perueniēdi. Et vltra retinet
ꝙ ſi homo aliqs eſſet ⁊ hēret ſpm̄ bonū ⁊ in
tellectū q volūtate deliberata diceret. Eſſeꝫ
contētus hic i pn̄ti ſp manere. ⁊ ꝙ de⁹ cuſto
diret ſuū padiſū. hoc ē ſpreto bono incōmu
tabili bono cōmutabili adherere. Di. Aug.

hoc ē peccatū mortale ꝛ satis ē ꝓ hn̄do dānati ōe zeternā. vn̄ dicit Ansel. ꝙ qlibet dꝫ hr̄e desi deriū ita magnū ꝛc. Expone pdictā auctori tatē beati Anselmi. ¶ Estis ne hic parētela alicuius magni dn̄i q̄ gubernat regē ꝛ scitꝭ: ꝙ medio eius dabit̄ bn̄ficiū si eatis ad curi am. Nūquid debetis desiderare puenire ad hn̄dū bonū bn̄ficiū: ꝛ q̄d faciem⁹? Legimus in libris regū ꝙ regina sabba audiēs sapiē tiam salomonis venit in hierl'm: ꝛ qn̄ vidit domū regis ꝛ tēpluꝫ dn̄i ꝛ escā q̄ comedebat̄ in mēsa sua ꝛ palaciū regis ꝛ ministros et sa pientiā: mirabat̄ ꝛ nō erat in ea vltra spūs: et nō poterat loqui. Postea dixit regi postq̄ꝫ sibi datus ē sermo. Beat⁹ es ꝛ beati hui vr̄i q̄ vobiscū sunt i mēsa vr̄a. Certe fateor ꝙ i pa tria nostra multa dicebātur mihi de vobis et de sapientia vr̄a: ideo veni ad vos: sed non dixerūt mihi mediā ptē illi⁹ qd̄ video coram oculis meis. Habem⁹ textū Joh. x. Ego sum ostiū: p me siquis itroierit pascua inueniet. Ego sū p me ꝛc. Et ad q̄d faciēdū. Ocul⁹ nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascē dit q̄ pparauit de⁹ diligētib⁹ se. i. Cor. ij. c. et Isa. lxiiij. Festinem⁹ ergo ingredi in illā req̄ em. Regina sabba repn̄tat aiam deuotam que die sancti Jacobi die dn̄ica ꝛ festiuitati bus dꝫ ire in hirl'm ꝛ spm̄ dꝫ eleuare i cōtē plationē. Rex vero Salomō ē xp̄s in huma nitate ꝛ diuinitate. Tēpluꝫ aūt ē humani tas. Dom⁹ aūt ē celū ꝛ regnū celeste. Habita cula seruoꝝ sūt māsiōes sanctoꝝ. Esca celi ē gaudiū sempiternū: ꝛ sapiā illi⁹ est beatifi ca fruitio. Et quale est gaudiū: oculus nō vi dit nec auris audiuit: et nemo scit nisi q̄ ac cipit. Comedistis ne mel. Dicit̄ ꝙ nihil ē dl' cius melle: sed nō ē cōparatio. Vultis expe riri dulcedinē fructus crucis: gustate ꝛ vide te. ¶ Eleuate spūs vestros et desiderate nu triri ex hoc fructu. Et pp̄ hoc opꝫ vos purga re a peccato ꝛ querere grām dei: ꝛ cogitetis qꝛ si nō il nya ne si ne le. Salariū peccati ha bebitis: ꝛ finaliter dānationē eternā. Juxta verba thematis ꝛc.

¶ Pro fundamēto mouet̄ qd̄ a Bona. disti. xxxvi. ij. sniaꝝ. Dn̄i retinete. Dicebā mane ꝙ q̄uis malū pene insit a deo. Sed malū clpe nō est a deo: qꝛ deus nō dat nisi bona ꝛ malū importat defectū. Et pena aliud dicit: qꝛ di cit ꝙ ille qui sic punitur sit ordinatus ad pe nam. Restat vtrū ex quo aliqua pena ē a do Utrū oīs pena sit ab ipso do. Dicit bonauē. ꝙ pena potest referri ad tria.

Primo scꝫ ad nociuū.

Scd̄o ad illū q̄ patit̄ nociuū.

Et tertio ad defectū ex nociuo gn̄atū: ꝛ ad dit. ꝛ dicit pn̄r ꝙ pena pōt cōsiderari duob⁹ modis.

Uno modo inq̄ꝫtū pena.

Aliomō s̄m illud qd̄ ē pena.

Et pena quocūq̄ꝫ modo cōsideret̄ inq̄ꝫtum pena ē a deo ē ordināte influēte vel pmittē te. Et sic intelligit̄ illa auctoritas amos p phete. iij. Nō ē malū i ciuitate qd̄ fecerit dn̄s Non est pena vel punitio quā deus nō per miserit si sit priuatiuū: vel nō fecerit si sit po sitiuū. Timetis dānari: ꝛ quare frater. Dixi et volebā cōfirmare ꝙ posito ꝙ faciam⁹ opa bona ex genere nō sūt sufficiētia pro allegā do testimoniū ꝓ nobis: vt possim⁹ hr̄e para disum: qꝛ allegabā. l. ff. de ꝓbationib⁹. ꝛ. c. de testibus: ꝛ decretalē. c. forus. ꝙ hō serui lis cōditōis nō recipit̄ in testimoniū. Nōn habes ꝙ viuas ꝛ mortuus es. Apo. iij. Appli cabā moraliter. Uos estis vocati serui: ꝛ esti seruilis cōditionis. venitis ad eccl'iam: dici tis horas vr̄as: datis elemosynā: ꝛ creditis ē i statu vite ꝛ estis mortui spūalr: ꝛ sic nō libe ri: sed in seruitio diaboli. Non estis digni ha bere gloriā. Frater dicetis dimittam⁹ istos testes ꝛ opa. Si deus misereat̄ nostri i mor te sufficit nobis. Deus nō fecit nos ꝓ dānā dō: in fine nos pniam faciem⁹ ꝛ sic saluabi mur. Uere dico ꝙ nō sufficit: ꝛ q̄d sequtur. nā habem⁹ textū in iure. c. cū redēptor. c. xij. q. ij vbi papa dicit. Duo erāt. s. vnus vocabatur mōtanus: alter Thomas. Qui vt ciues effi cerentur romane ciuitatis de grā spāli ma numittebātur ob reuerentiā iesu xp̄i.

¶ Leuate spūs p fidē. Dn̄i vultis habere ali quē seruum q̄ efficiatur ciuis huius ville. ve re nō, dꝫ esse de domo vili. Et si voluerit eē ci uis opꝫ primo ꝙ ponat̄ extra captiuitatē ꝛ ponat̄ i sua libertate. ¶ Leuate capita ꝛ au dite Jsay. lij. Solue vīncl'a colli tui. ꝛ quare quia dicit Hiere. in lamētatiōibus. Migra uit iudas propter afflictionē. seruitutē habi tauit inter gentes et nō inuenit requiem. Treno. i. Dn̄i vos debetis conari extrahere a seruitute ꝛ captiuitate diaboli vt sitis ciues

regni. Estis hic blasphematores nomis dei dñi eccl'ie gētes de iusticia: iuuenes ꝛ scholares. O frater nō solū loquamini ō̄ istis: q̄ omēs fere deū blasphemant. vbi sunt adulteri q̄ manutenent vxores vicinorum. Quot religiosi ꝓprietarij. Monachus hñs obolū nō valet obolū. pecunia tua tecū sit in perditione. Actu. viij. Uultis ergo effici ciues paradisi. Migrauit iudas. i. cōfitens ꝑ maledictione peccati. Judas cōfitens fidē xp̄i ꝑ captiuitate seruitutis peccati. Habitauit inter gentes. i. paganos. ꝛ nō inuenit requiē i ciuitate paradisi. Et remediū. Solue vincla colli tui. Solue vinculū peccati. Uidete i cōscientijs vestris si sit aliquod malum. Et dimittat deceptiones. Uos apothecarij: cādelarij et alij mercatores q̄ venditis hoc qḋ nō valet duplicē aliq̄ñ duodenum. Et remedium deonerādi vos a peccato deponite illud onus ꝛ querite grām. si nō: habebitis salarium pc̄ti. s. dānationē. Juxta verba thematis preassumpti.

¶ Quantū ad primum. Dñi vbi mansimus in nostro alphabeto? Jam habuim⁹ .xiij. incommoda peccati mortalis: ꝛ dixim⁹ ꝙ posito ꝙ non esset alius infernus ꝛc. Dixim⁹ ꝙ est nature lesiuū. Restat. xiiij. littera: scilicet peccatū mortale ē oppugnatiuū meriti xp̄i Nos habemus textum: figuram: ꝛ rationē. Textus ad Hebre. vi. c. Impossibile est eos q̄ semel sunt illuminati gustauerunt etiā donum celeste ꝛ participes facti sunt spiritus seculi. gustauerūt nihilomin⁹ bonū dei verbum: virtutesq̄ʒ seculi venturi: ꝛ plapsi sunt rursus renouari ad pniam. Rursum crucifigentes sibimet filiū dei ꝛ ostentui habētes ꝛc. Figura ē Exodi. v. vbi textus dicit. Steterūt ergo moyses ꝛ aarō corā pharaone dicentes. Dimitte pplm̄ meū vt sacrificet mihi in deserto. Rñdit. dñm nescio ꝛ israel nō dimittā. Quis est dñs vt audiā verbū ei⁹? ite et vos ad onera vestra. Rō est bona. meritū xp̄i nō proficit: nisi volentibus illud suscipere: sʒ peccās mortalr̄ diuertit se a xp̄o ꝛ auertit. Lu. xj. Qui nō colligit mecū dispergit. ꝛ quare: q̄ peccatū mortale ē oppugnatiuuʒ meriti xp̄i. Dñi mei nos sperām⁹ oēs saluari i merito xp̄i. Audite ergo. oīs hō q̄ peccat mortaliter tm̄ facit sicut si diceret deo patri. deus pater voluisti filiū tuum pati pro redimendo a peccato ꝛ mihi dando paradisum: ego renuo hoc ꝛ nolo vt illud mihi proficiat: sed ego volo obligari perpetue damnatōni. Audite bernardū in sermone. ꝛ philippum qui fuit cancellarius insignis vniuersitatis parisiensis in quadā ꝓsa. Audite augusti. in lib. ad virgines. Dic bernarde. nunquid satis afflictus sum? nunqḋ pro me afflictus es? vt quid afflicto das afflictionem. plus me grauant vulnera peccati q̄ʒ vulnera corporis mei. Audite philippū in ꝓsa sua Dic philippe amice. Uide o homo q̄ ꝑ te patior. non est dolor sicut quo crucior: ad te clamo ꝙ ꝑ te morior. certe clauos q̄bus confodior dolor cuʒ sit tātus exterior: intus tamē est planctus grauior cum te tm̄ ingratū experior. Augustine dic quid sup hoc sentias. Inspice o anima vulnera pendentis sanguinem redemptoris precium morientis. Hec q̄ta sunt cogitate ꝛ in statera cordis vestri appendite: vobisq̄ʒ totus figatur in corde q̄ pro vobis totus fixus est in cruce. O virgines sacre cur illum depellistis qui mortem pertulit pro animabus vestris? Ponamus exemplum familiare ꝛ euidens. An hic sit aliquis non solutus? Capiamus casuʒ ꝙ esset aliquis dominus qui non est vxoratus q̄ circuierit omnem hanc patriaʒ vt inueniat aliquam pulchram filiam vt ducat in vxorē et querit per omnes partes deambulando hinc et inde. Ipse reperit filiam custodientem oues in periculo luporum qui volūt eaʒ comedere: ꝛ eam liberat a lupis: ita ꝙ lupi euʒ momorderūt. Finaliter euadit ꝛ ille duxit eam in vxorem ꝛ facit eam dñam bonoꝝ suorum. Et positis his oībus bonis ꝛ laboribus a quibus ille eam redemit: ipsa tamen se dat leprosis in prostibulo: an hec esset digꝰ recipi? Helas o peccatores quid dicitis. Audite paulum. rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei. O dicit bernar. Ue mihi infelici si talentū sanguinis xp̄i nō custodiero: si tale depositū nō seruauero: si sanguinē ei⁹ preciosuʒ conculcauero. Audite domini. creditis ne ꝙ christus venerit super terraʒ? ita sed in quo statu? Nunq̄ʒ filia in gula luporum fuit in tanto periculo sicuti eramus et sumus quando christus venit super terram. Ideo ipse dixit. Nunquid sustinui plagas? Uide homo ꝛ respice hoc qḋ habeo pro te et

porto man⁹ ⁊ pedes ꝑforatos clauis: caput
spinis coronatū. Et posito ꝙ dolor me⁹ ma-
gn⁹ sit ex: maior tñ sine ꝯpatiōe ē ītra quādo
video tuā igratitudinē. Sctūs bern. ī vno s-
mone dicit ī ꝑsona xp̄i. Heu ppl'e nunqd sa-
tis passus sū: nunqd ꝓ me passus sū: nō ꝟe.
Plus me grauas ꝗ͂ vulnera mei corporis.
Placet audire figurā scriptā in exodo. ¶ Le-
gim⁹ ꝙ bon⁹ ille moyses venit ad regē pha-
raōe ⁊ dixit. O dñe: dñs me⁹ misit me ad vos
vt dimittatis ppl'um suū. Et qs ē dñs dixit
pharaon vt audiā vocē ei⁹. dñm nescio ⁊ po
pulū nō dimittā ꝑ meū ydolū dixit pharaō
nō dimitā ppl'm. Et quis ē pharao q nō vl't
dimittere ppl'm: Pharao tm̄ valet dicere si-
cut nudauit virū. Et qs ē qui nudauit virū:
Dicebā in aliq sermone ꝙ peccatum spoliat
Pharao tm̄ valet dicere sicut illa que nudat
maritū suū: hoc ē pctm̄. Moyses assūpt⁹ ex
aqs ē xp̄s q liberauit ppl'm. Pharao ē pctm̄
q2 rēnuit seruire deo ⁊ obedire p̄ceptis eius
Dñi cui istoꝝ. s. xp̄o vel diabolo plus seruit
et meli⁹: vñ Criso. sup Math. Lugendū est
et: vere lugēdū p̄ntis vite tp̄s in q tātā ml'
torum labē: tantaqꝫ flagitia ⁊ vicia. videm⁹
cumulari. q si velis considerare ꝑ singula nū
ꝗ͂ te poteris a lachrymis cōtinere. etem̄ infi
delis si adesset euidēter possꝫ cōcludere nos
facere nihil oium illoꝝ q ī baptismo spopō-
dimus obseruare. Dñi dicatis in cōscia vr̄a:
an sint ī maiori numero q seruiāt xp̄o ⁊ sūt
in gr̄a ꝗ͂ seruiētes pctō: Certe stultoꝝ infi-
nitus ē numer⁹. Habuistis ne hodie dñe Ja
cobe missā: qd dedit vobis vicarius: dixit do
minus iohānes: teneatis vnū duodenū pro
habēdo pintā. Quererē vobis libēter quō lu
cramini residuū. Et vos mercatores q vendi
tis duobus scutis id qd valet vnū: quō debe
tis habere residuū: verū est, tñ ꝙ si esset cau
sa iusta ⁊ diceres in ꝯscia tua ꝙ aliter refer
res dānuꝫ: q2 nō recipio pecunias meas: tūc
licite posses aliqd capere. Sꝫ si aspicias solū
pro vēdendo tp̄s peccas mortal'r. O qt sūt ho
die viuētes ī talibus scelerib⁹: luxuriis: frau
dibus: deceptionib⁹: adulationibus: ⁊ detra
ctionibus. Certe infinitus ē numerus. Ue-
re vitā talē ducentes tm̄ ē dicere sicut dicere
Domine deus tu misisti filium tuū pro pa-
tiendo pro nobis: ⁊ redimēdo nos a pctō: sꝫ
nihil nobis illa; q2 irridemus eum; quia vo-
lumus manere in pctō. Legistis qd scriptū
est Lu. ix. Qui me erubuerit corā hoib⁹ eru
bescā eū cōrā patre meo ⁊ angelis ei⁹. Plu-
res sunt q bñ agerēt: ⁊ bñ facerent: nisi esset
irrisio. q2 dr de bonis ē vn⁹ ypocrita: vn⁹ bi-
gotus. Sed notate ⁊ date memorie dicit sal
uator:. Qui erubuerit me ⁊ meos sermones
⁊c. ꝓmitto ei ꝙ in morte sua ostēdā illi eru
bescētiā suā: ⁊ corā nō audebit apparere. He
las postꝗ͂ pctm̄ facit nobis tāta. mala relin
quam⁹ illō ⁊ qram⁹ gr̄aꝫ. Hoc est qd volo ꝑ
suadere ī ꝓpōne p̄assumpta. Stipēdia ⁊c.
¶ Scd̄a pars de augmētatōe gr̄e Restat ve
nire ad scd̄m. Frater qd vult nobis dicere d
gr̄a dei: Postꝗ͂ locuti sumus de bonis q fa-
cit in aīa ⁊ quib⁹ mediis inuenit: ⁊ quomo-
po quattuor modis custodiri pōt. Jā incepi
mus dicere: quid opꝫ facere pro augmētati-
one ipsius. Incepistis mercātiā vr̄aꝫ: sic fra
ter ⁊ bñ lucratus fui deceꝫ francos isto an-
no. vere opꝫ adhuc lōgi⁹ protrahere: ⁊ si lu-
crati estis hoc anno decē ponite penā ad lu
crandū. xv. anno futuro. Uolui sil'r dicere ꝙ
si habeatis. xii. gradus gr̄e debetis ꝓcedere
de virtute in virtutē vt valeatis eā augmē
tare. Et qd faciem⁹: dicebā in precedēti ser-
mone ꝙ augmētat ꝑ opera meritoria. Sa
tagite bonis operibus. dicit Pe. ij. Pe. i. Se
cūdo augmentat per sacramētoꝝ dignā fre
quentationē. Habemus textum in ecclesia.
Altissimus de terra creauit medicinaꝫ. Ec-
clesia. xxxviij. Ad purganduꝫ pctā supple et
vir prudēs nō abhorrebit eam. appotheca-
rius conficiet medicinā sanitatis. Dñi sitis
securi ꝙ ad nobis dandā gratiā venit ma-
gnus appothecarius de super qui dedit no
bis drogas ⁊ pro recipiēdo suuꝫ cyropuꝫ sani
tatis nō solū dabit nobis sanitas: verūetiā
augmentabitur. vnguenta sūt sacramenta.
Dñi bachalarij dicatis quā differentiaꝫ po-
nitis īter actū virtut meritoriū ⁊ inter actuꝫ
sacramenti digne perceptum. Jte ad richar
dum dist. xvij. i. vbi facit questionē. Utru in
quolibet actu virtutis augmentet gratia.
Dicit ꝙ nō nisi actus ille sit intensus. Tho.
in. i. ij. questi. cxij. querit. vtꝝ in quolibꝫ actu
virtutis meritorio augmentet. Dicit ꝙ nō:
vt sicut videmus ꝙ non quilibꝫ augmenta
tur comestione vel nutritione: sed cū perue-
nit ad etatem ⁊ certaꝫ perioduꝫ: sic in quo

libet virtuoso nō augmentatur gratia. s. qñ
puenit ad actū virtutꝭ itēsuȝ. dicit Richar.
vbi supra. nisi essent plures equiualētes vni
intenso. Vñ dr. i. di. iiij. ꝙ in hoc differūt sa⸗
cramēta nr̄e legis a sacramētis veteris: q2
sacrmēta nr̄e legis ex oꝑe opato ꝯfert graȝ
dūmodo nō sit obex in suscipiēte. vñ aliqua
ꝯferūt primā grām sicut baptismus ⁊ pnia.
aliqua ꝯferūt augmentū. Vñ aliqua sūt q̄
requirūt primā gratiā: ⁊ sic ois act⁹ sacramē
ti nouiter recepti semꝑ nouā grām cōfert.
Audite si placet dñi vultis augmētare i vo
bis grām: opȝ ꝙ sitis in bono statu ⁊ ꝙ ha
beatis bonā voluntatē in illo pseuerare. et
eliciendo bona opera. pro augmētando gra
tiā nihil est melius q̄ȝ freqntare sacramēta
digne posito ꝙ nō habeatis remorsuȝ de ali
quo mortali sed solū veniali ⁊ cōfitemini re
cipitis nouū gradū gratie. O bone eccl'iasti
ce, si fueris i bono statu ⁊ tu celebres augmē
tatur in te gratia recipiēdo nouū gradum
gratie. Similiter tu q̄ recipis cōfirmatōeȝ
in bono statu penitet vos pctōꝝ vr̄orum. sic
frater si recipitis sacramēta gr̄a augmētat̄
Iuuenes religiosi qui vaditis ad ordines. si
fueritis i bono statu recipiēdo ordines: gr̄a
augmentabit̄. Nos ydoneos. ij. Ad Corint.
iij. Dñs eligit ministros. Hic tradūt docto⸗
res ꝙ de⁹ nunq̄ȝ eligit aliquē statū qn̄ con⸗
ferat oīa necessaria ad cōsecutionē illi⁹ sta
tus. Et frater quare dicitis digne. ¶ Audi⸗
te cui primo loquar an mēdicantib⁹: aut sa⸗
cerdotibus: vel mercenarijs q̄ dicūt missas:
an cōfessorib⁹: De cōsecra. dist. ij. qui scelera⸗
te viuūt ⁊ peccare nō desinūt putētur se tali
cōione mūdari discāt nil ad emūdationem
proficere sibi. dicente ꝑpheta Hier. ix. Quid
est ꝙ dilectus me⁹ operat⁹ est i domo mea
scelera multa. Dñi pro augmentādo gratiaȝ
in nobis nihil melius q̄ȝ freqntari digne sa
cramēta. Sed vertamus foliū pro essendo
similis iude ⁊ corruēdo in fornacē ignis cū
diabolis ceteris nullū aliud remediuȝ foret
ita periculosuȝ q̄ȝ male vti sacramētis q̄ de
dit nobis creator pro nr̄a vtilitate. O deus
eterne quid ē ergo de regno francie: ⁊ quid
de vita sceleratoꝝ xp̄ianoꝝ dicitis in dicen
do missam vr̄am. Dñe iacobe mea culpa: et
sic de alijs. Vere aqua maris non sufficeret
ad mūdandū illas. Audite quidā iuit ad p̄⸗
dicandū aliqua die in vna parrochia ⁊ dixit
ꝙ curatus non debebat dare corpus dñi pu
blicis meretricib⁹. Venit i festo pasche vna
meretrix que se presentauit corā eo ⁊ quesi⸗
uit sibi dari corpus dñi. Curat⁹ vero nō ime
mor dicti predicatoris dixit. Recedite ami⸗
ca. Et dixit illa. dñe ego suȝ ꝯfessa. Surgite
dixit ille: q2 nō dabo vobis cōmunionē. Dea
dñe quare nō: Dixit curat⁹. Amica mea ha
bes ne ampli⁹ ꝓpositū recidiuādi: Dixit il⸗
la ita vere: q2 ꝑ hoc acq̄ro vitā. Dixit ergo il
le. surgite ⁊ recedite: q2 nō dabo vobis. Tūc
surgēdo dixit. Quare nō recipio deū meum
ita bñ sicut faciūt p̄dicatores ⁊ sacerdotes
q̄ celebrāt cōfitent̄ ⁊ hn̄t singulis dieb⁹ me⸗
retrices suas: qd̄ est mai⁹ malū. Vere cura⸗
tus fuit sapiēs ⁊ dixit illi dña: illi nō sūt in
subiectōe mea. Dico ad ꝓpositū audiuistis
loq̄ de māna qd̄ i p̄ntia ignis durescebat et
corā sole ⁊ in calore solis liq̄fiebat. Ignis q̄
facit durescere in camino nigro voluptatis
Calor vero solis q̄ liq̄facit est gr̄a dei q̄ di⸗
sponit aīas ad mai⁹ augmentū gr̄e dei. Ver
tatis foliū ceteris parib⁹: nihil pei⁹ q̄ȝ indu
ratum esse in peccato.

¶ Leuate spūs. queratis beato Iacobo quo
mō habuit padisuȝ. Ipse fuit sacerdos ⁊ p̄⸗
latus ⁊ religiosus: ⁊ si habuerit ducēdo vitā
quā ducitis. Ipse erat cognat⁹ xp̄i frat̄ Io⸗
hānis euāgeliste cognat⁹ Iacobi mioris: et
Symōis: ⁊ Iude: ⁊ Ioseph iusti: ⁊ nepos vir
ginis marie. Vere rn̄det ꝙ habuit padisuȝ
ꝑ actionē virtuosaȝ ⁊ susceptionē debitā sa
cramētoꝝ. Inter ceteros apl'os ista erat xp̄o
familiaris. Nā iste fuit in resuscitatōe puel
le: sil'r ⁊ in trāsfiguratōe: siml'r qñ ingressus
est ortū erat presens qñ dixit dulcis Iesus.
Fratres mei sustinete modicū: q2 nō possuȝ
amplius citra mortē. Tristis est anīa mea
vsq̄ȝ ad mortē. Mat. xxvi. Similiter qñ ap⸗
paruit discipulis suis post resurrectōeȝ vn⸗
deciȝ discipulis ille erat vn⁹. sil'r qñ se mani
festauit illis ad mare thiberiadis iacobus
erat vn⁹: ⁊ iter oēs apl'os fuit primus q̄ mor
tu⁹ est ꝑ xp̄o ⁊ venit in hispaniā vbi adhuc
modo honorat̄ a cunctis viuētib⁹ ⁊ ibi con⸗
uertit ad deū multos ⁊ multis chorusçat mi
raculis. Et quis eū tantū exaltauit: quo me
dio obtinuit gloriā: vere bona opa ⁊ sacra⸗
mētoꝝ digna freqntatio. Volo suadere ꝙ

sic placeat facere: et quādo volueritis vxorari et vxorē ducere sitis digne cōfessi et ante pceptionē oīm sacramētorum et digne pcipietis et finaliter eternā gloriā: quā nobis cōcedat q sine fine viuit et regnat etc.

¶ Sermo. xv. et vltimus huius materie in die sancte Anne matris virginis sacre.



Stipendia pcti mors etc. Nihil me iudicaui: vbi. s. Dñi et paupe res aīe retinuistis materiam quā tāgebā in alio sermone: certe videt mihi φ nos debemus aliqd facere vt habeamus paradisū. deductio semp fuit φ salariū pcti ē dānatio. Et ōndit multa incōueniētia pcedētia ex pctō. Volui dicere φ ponamus penā meditādi et cogitandi i passione saluatoris. frater qd placet dicere vltra. Daniel dicebat heri φ ex arbore de q locuti sumus vescebat oīs caro φ oīs creatura nutriebat: hec est fruitio eterna: hoc oplementū oīm desideriorum. frui dicit Augu. est alicui amori inherere pter se. et sūma puer sitas est vti fruēdis. et frui vtendū. vñ q sunt in gratie statu et sunt beati hñt plenitudinē fruitiōis. viatores vero nō: vñ frui est habere amorē et gaudiū. Sed frater quō nutriet nos hic fructus. Sctūs Job. x. ca. hoc declarat. Si qs p me introierit ingredit et egredit: et pascua inueniet. Unde egredit p cōtēplationē hūanitatis gloriosus Johānes refert verbū xpi dicētis. Fratres mei. Si qs p me introierit etc. Et pascua sūt paradisus in quo est cōtēplatio diuinitatis. cōtēplatio diuinitatis vt dicebā heri fuit figurata per hoc qd dixit regina sabba salomoni: bti serui tui et beatus es etc. Et cōtēplatio hūanitatis datur intelligi per fructū: comeditis ne fructus in prandio domini: Pro habendo delectationē in fructu requirunt tria. nam opz φ fructus.

Primo sit purus.

Scdo mundus.

Tertio opz φ sit sapidus.

¶ Mundus quo ad colorē: purus quo ad odorem: et sapidus quo ad gustū et saporē. Si qratis Salomoni in cāticis qualis sit fructus dicit dilectus meus rubicundus cādidus electus ex milibus. Canti. v. Et de puritate et odore in eodē libro. In odore vnguentorum tuorum currimus. Cāti. i. Et de sapore declarat idē in canticis. Ascendā in palmā et apprehendam fructus eius. et sub vmbra illius quē desideraba sedi. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Cā ti. ij. ¶ Leuate capita: dñe scitis bene vrum Aue maria bñdicta tu in mulierib9 et bñdictus fructus vētris tui iesus vere nihil hoc fructu dulci. vñ Bona. dicit φ in oī cognitiōe tā sensitiua q̄ intellectiua tā rōnali q̄ naturali pōt reperiri incarnatio verbi: et trinitas vel emanatio maxime de scda psona a patre et cū hoc representat beatifica vnio inter aiam et deum. De sensitiua placet audire aliqd. Ille est bonus philosophus qui scit bñ reducere philosophiā ad amorē dei et oia refert ad deū. Et opatio moralis repiri pōt in quolibz sensu morali. qlibz sensus negociat circa pprium obiectū: nō vsurpat alienū et refugit nociuū: visus circa colorez vel lucē: nō vsurpat sonū nec saporē et refugit nociuum et colorē inhonestū. sic hō viuit bñ cū sapienter prudēter et obtēperanter viuit. Dicit philosophus quilz sensus qrit obiectū cū desiderio. Inuenit cū gaudio. Et recipit cum delectatione: et tūc mens nostra cum eleuatur ad bonū sūmum: vt dicit dionysius tūc sensus spirituales eleuātur. Oculus mentalis in sūme lucidum visus in obiectū sūme pulchrū Tactus mētalis i sūme delectabile et suauissimū. Gustus mētalis in sūme sapidū. dñe fuistis aliquādo in nuptijs vel i aliqua alia societate. vidistis ne prandiū regis. Capiatis casum φ in ista vrbe sint aliqui triūphi oculus delectatur vidēdo illos: delectat et qñ inuenit obiectum cōueniēs et recipit illud sine tedio. hec vt dicit Bona. nos dz reducē et spiritū nostrū ad deū. vere si volueritis aliqd videre pulchri queratis videre deum in humanitate. Et hec potestis cōprehēdere i beato Petro in trāsfiguratione: qui nō vidit gloriā aīe nec diuinitatis sed solū corporis et transitorie. Et taliter fuit illa delectatione pcussus φ dixit bonum est nos hic esse Math. xvij. Non nō hic meremur: hic cōtēplemur dicit Aug. in soliloquijs. petrus scit illā eterne dulcedinis degustauit et omnium est oblitus: bonū est nos hic eē. Et quid putes dixisset si abyssū illum interne dulcedinis

quã preparauit diligẽtib⁹ se degustasse: si vi disset diuinaꝫ essẽtiã ⁊ aiam xpi ⁊ abyssũ illã dulcedinis interne q̃d dixisset. dñe habetis bonũ vinum in domo vestra. Si q̃s efficeret ebri⁹ bibẽdo quartã q̃d si biberit totũ quod est in dolio. Hic ẽ igit̃ fruct⁹ ex quo vescitur omnis caro. ⁊ vere ẽ pulcher fruct⁹ ⁊ boni coloris ⁊ maxime delectationis. di[lect]⁹ me⁹ cãdid⁹ ⁊ rubicũdus. Et nũq̃ sol fuit ita cla rus sicut corp⁹ christi ⁊ sua humanitas ad cõtemplãduꝫ. ⁊ cũ hoc fuit rubicũd⁹ quãdo apparuit sanguis. vis sentire bonũ vinũ in odore vnguẽtorũ tuoꝝ currim⁹. Et an hẽat bonũ saporẽ: fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo paradisus ẽ totaliter illo fructu replet⁹. ⁊ lo quimini de omnib⁹ reb⁹ mũdi dulcioribus habebitis dulci⁹ super mel ⁊ fauũ. postq̃ꝫ i cruce ẽ talis sapor ⁊ q̃ omes nutriũtur ex eo ⁊ illi sunt cõtrarij qui sũt in pctõ: suadeo ⁊ admoneo q̃ debem⁹ dimittere pctm̃ ⁊ q̃re re dei graꝫ ⁊ desiderare vt possum⁹ gustare fructũ illi⁹ arboris. si nõ habebim⁹ salariuꝫ pcti. iuxta thematis verba ⁊c.

¶ Pro fundamẽto mouet̃ questio a Bona. dist. xxxvi. ij. sentẽ. dicebã hesterno sermone: custodiat se ⁊ puideat sibi qui se diligit et sue anime: quia nulla facim⁹ mala nec labi mur in miserijs ⁊ punitionib⁹ quin de⁹ hoc permittat. Sed ibi ẽ q̃stio. cũ ita sit q̃ cecũ eẽ ⁊ obstinatũ sunt magna incõuenientia corporis ⁊ anime. q̃ñ q̃s ẽ obstinat⁹ ⁊ non curat de salute aĩe sue. Utrũ illa pena sit a deo. Bonauẽtura dicebat vt retuli in alio s̃mone q̃ de pena possum⁹ loqui dupliciter Unomodo inq̃ꝫtũ est pena vel punitio: ⁊ sic hoc modo pmittit̃ a deo. Quia de⁹ cũ dimit tit q̃ elongat se ab illo. Sꝫ quilibet per pec catũ elongat se a deo. Restat adhuc. Utruꝫ vnum peccatum sit pena alterius peccati: Respondet bonauẽ. allegat illud quod scri bitur Apoc. vlti. Qui in sordibus est sorde scat adhuc q̃ vnũ est pena alterius. s̃ vtrũ essentialiter vel concõitanter est varius mo dus dicendi. tamen magister ⁊ Bonauẽ. di cunt q̃ essentialiter. Beatus vero thomas loquitur apertius ⁊ magis magnifeste ⁊ di cit q̃ vnum peccatum esse causam alterius potest intelligi in triplici genere cause eodẽ modo quo preuaricationes habent causam efficientem naturalem ⁊ finalem in genere cause efficientis: q̃r homo peccãs dmeret̃ q̃ deus sustrahat grãm: ⁊ grã substracta neces se est cadere i aliã culpaꝫ sicut fracto freno equ⁹ pnus ẽ ad cursuꝫ ⁊ fracta naui nauta est in piculo. Similiter ⁊ in genẽ cause ma terialis: q̃r vnũ peccatũ mĩstrat materiã al teri vt peccatũ gule ministrat materiã pec cato luxurie. In genere cause finalis: q̃r de⁹ pmittit aliq̃ñ ⁊ sepenumero aliquẽ cadere in pctõ publico vt puniat̃ de secreto. Quid dicitis domini timetis dãnari: ibitis ad in fernũ: vtinam vos possem ducere viuẽtes vt non iretis postea morientes. Et bene descẽ dant viuẽtes: dicit bernard⁹ vt nõ descẽdãt postea moriẽtes. Frater dicetis nõ videtur nobis q̃ sic debeamus dãnari. Nam altera die habuim⁹ festũ madalene q̃ fuit pecca trix nũc regnat i celo orabit p nobis. Silr ẽ hodie sancta Anna mater virginis ibim⁹ ad eam orabit pro nobis naꝫ ipsa guberna bat tronum paradisi. ibi enim ẽ et ioachim sponsus eius ⁊ sunt tres filie iam sunt quĩ qꝫ. Similiter ibi ẽ maria cleophe et maria salome. similiter ibi virgo maria et redem ptor noster filius eius. Sanctus symon et sanctus iudas Jacobus minor ⁊ Joseph iu stus Johãnes euãgelista ⁊ Jacobus maior omnis illa societas orabit pro nobis ⁊ sic tã dem speramus saluari. Certe nõ video ma iorem christo virgine maria sancta anna et alijs in celo quib⁹ maior debeat dari fides: sed non obstantibus precibus eorum: nisi ponatis manum ad opus adimplendo dei p̃cepta nunq̃ habebitis paradisũ. Et qua re: audiatis. legistis ne legẽ ciuilẽ pulchraꝫ ff. de fideiussoribus. lex incipit si a reo. §. id q̃d vulgo. In causa criminali condempnat⁹ si fideiussores constituere voluerit in excusa tione sua non venit audiendus. hoc verum est si causa sit criminalis si criminaliter habe ret puniri: sec⁹ ẽ si ciuilit̃. Silr habetis decre talẽ li. vi. de sentẽtia excõicatõis. capi. si cle ricos. Q̃r audite capiam⁹ casũ q̃ aliq̃s dñs sit accusat⁹ corã rege de aliquo crĩe lese ma iestatis sit ille thesaurari⁹ vł ĝñalis ⁊c. mã dabit rex curie plamẽti capiatis iñ talẽ ⁊ ta lẽ: facite pcessũ eorũ sit re⁹ crĩe lese maiestat̃ pcess⁹ est fact⁹ ⁊ dat̃ sẽtẽtia: q̃ro popule an postq̃ꝫ datur sententia possit dare fideiusso rẽ qui respondebit pro eo, dicit Impator: q̃

tienscunqꝫ aliquis accusaẗ de tali crimine ꝛ
conuincitur ꝛ datur sententia: nō pōt talis
vnū ponere loco sui sed oportet ꝙ responde
at in propria persona. precor deū ꝙ nō sic a-
gat nobis. Ezechi. xiiij. scribiẗ. Terra cū pec
cauerit mihi vt preuariceẗ preuaricans. Ex
tendā manū meā ꝛ cōterā virgā panis ei⁹ ꝛ
immittā in eā famē ꝛ interficiā de ea ꝛc. Et
si fuerint. iij. viri isti in medio generatōnis
noe daniel ꝛ iob ipsi iusti. s. l. a. s. ꝛc. ¶ Audi
te verbū paupes pctōres. Ego assero vobis
si in morte estis capti in pctō mortali et de
potētia di absoluta Anna ꝛ Maria ꝛ Ma
gdalena ꝛ oēs electi descenderēt iterū passu
ri ꝛ flerent: ꝛ tantū dolerēt de damnatione
vr̄a sicut virgo habuit de morte filij sui non
possent vos preseruare a dānatione. Audite
creatorē per Ezechielē. Si terra peccauerit
ꝛc. dicit Paulus. Horrendū ē incidere i ma-
nu de viuētis. ad Hebr. x. Et si i medio hui⁹
generatōis fuerit Noe q̇ fuit elect⁹ a deo ad
regēdū Achiꝫ p quē intelligunẗ plati. ꝛ Da
niel q̇ fuit virgo itelligunẗ cōtinētes ꝛ Job
sunt actiui ꝛ steterūt in medio eoruꝫ isti per
suā iusticiā saluabūẗ s nō eoꝝ filij ꝛc. Et qd̄
remediū ponitis ne in pileo vr̄o sctm̄. Chri-
stoforꝰ. Christoforꝰ videas postea tut⁹ eas ꝛ
speratis saluari precib⁹ sctōꝝ. Ueꝝ est ꝙ bo
num est illis seruire sed si vultis ꝙ iuuēt ab
illis: opꝫ dimittere peccata. Sic nō habebi-
tis salariuꝫ peccati scꝫ damnationē eternā
Juxta verba ꝛc.

¶ Quo ad primā partē sermonis que est de
pctī detestatōne. Uolui in decursu materie
istoꝝ sermonū dicere ꝙ posito ꝙ nō eēt ifer
nus adhuc deberem⁹ fugere pctm̄ ppter ma
gna incōmoda et mala q̄ facit pctm̄ in hoc
mūdo. Jā vidim⁹ quattuordeciꝫ. Pctm̄ mor
tale est ꝯsciētie amaricatiuū. Bestialitatis
introductiuū. Charitatꝭ dissipatiuū. Demo
nū letificatiuū. Mētis excecatiuū. Fatuita
tis inductiuū. Egestatis generatiuū. Hono
ris annulatiuū. Indignatōis diuine pme-
ritiuū. Karismatuꝫ diuinoꝝ dissipatiuū. et
maledictōis incursiuū. Nature lesiuū. meri
ti xp̄i oppugnatiuū. Dicebā altero sermone.
Qui percuteret vos gladio vel ense. Dicere-
tis non possuꝫ mihi succurrere nec sustine-
re. Uere adhuc pei⁹ est qn̄ estis in pctō. Nā
pctm̄ grauiter vulnerat aiam. Restat pctm̄
mortale est penitētie sacramētalis substra
ctiuuꝫ. Nos habemus textū figurā ꝛ rōneꝫ.
Textus habeẗ a filio Syrac in eccl'iastico.
Qui baptisaẗ a mortuo ꝛ iterū tangit mor-
tuū: quid pdest lotio ei⁹: quasi diceret nihil
Et scōs textus. ij. Pet. ij. Melius erat ei viā
iusticie nō cognoscere: q̄ꝫ post agnitionē re-
trorsuꝫ cōuerti ꝛc. Cōtingit em̄ eis illud ve-
ri Prouer. xxvij. Canis reuersus ad vomitū
ꝛ sus in volutabro luti. Et habetis figuram
iij. Regum. ij. Uocauit autem Salomon se
mei ad se: ꝛ ait illi. Noui quid egisti contra
patrem meū Dauid: cuius ꝯscium est cor tu
um tibi. Edifica ergo tibi domū in hiir̄m ꝛ
habita ibi. Quacunqꝫ aūt die egressus fue-
ris ꝛ trāsieris torrentē scito te interficiendū
Respōdit semei. Bon⁹ est sermo regis. Habi
tauit ergo Semei in hierusalē diebus mul
tis. ꝛ sequitur. Factuꝫ est aūt vt post annos
tres surrexit semei ꝛ iuit ad Achis in ieth
ad requirendū seruos suos. Nunciatum est
autē regi salomoni ꝙ exisset semei de hieru
salē: ꝛ mittens vocauit eū. Nōne predixerā
tibi quocūqꝫ die egressus fueris huc ꝛ illuc
scito te esse morituruꝫ. et respōdisti. Bonus
est sermo regis. Jussit itaqꝫ rex banaie filio
ioiade q̇ egressus percussit euꝫ: ꝛ mortu⁹ est.
Ratio est bona ꝛ fundatur. si iusticia sua. i.
pnia sacramētalis confert gr̄am: pctm̄ mor
tale adueniēs tollit gr̄am. frustraẗ ergo pe-
nitētia suo effectu finali. audite dn̄i theolo
gi vani q̇ disputatꝭ de reb⁹ vanis ꝛ iutilib⁹ ꝛ
dimittitis ea que sunt salutis. non loquor
de illa theologia per quā confunduntur he
reses: sed loquor aliq̄bus vanis theologis q̇
sic ponūt sua studia in vanitatib⁹ ꝛ sophis
matibus relicto sacre scripture textu cōtra
quos iuehit de bachone nisi suā theologiaꝫ
applicēt ad mores. Uere loq̄mini de oib⁹ re
bus: nullū est aliud bonū q̄ꝫ querere deū ꝛ
scire se abstinere a peccato: ꝛ nunq̄ꝫ iuuenis
scholaris poterit sane scripturā intelligere
nisi sit mundus. In aīaꝫ maliuolā nō intro
ibit sapiētia: nec in corpore imundo subdito
peccatis. Sapien. i. ꝛ nunq̄ spūs quicunqꝫ
sit ille intelliget et scripturā nisi fuerit mū-
dus ꝛ cōscientiā habuerit mūdaꝫ. Quilibet
ergo coneẗ mundare conscientiam ꝛ fugere
peccatum. et quod facit maluꝫ. vere tale est
incōmodum: quia quando aliquis est cōfes-

sus ṡm quod declarat August. de peni. dist.
vij. null⁹. ꝛ. ca. si quis. Si moriaꝭ ꝛ decedat ī
tali statu ibit ad paradisū: ṡ ex opposito qn̄
quis reuertiꝭ ad pctm̄ destruiꝭ totū bonum
precedēs ꝛ ꝑdiꝭ grā sacramēti pnīe ꝛ est fru
strat⁹: ecce icōmodū quod fac̄ pctm̄. Placet
audire textū. Qui baptisaꝭ a morticinio et
iterū tangit morticiniū: quid ꝓdest ꝛc. Bea
tus vero petr⁹ dulci⁹ loquiꝭ ꝛ dic̄. Melius
fuisset mulꝗ nō cognouisse veritatē ꝛ fidem
quā cognouerūt. Et quare: qꝛ cōtigit eis illḋ
veri prouerbij. Canis reuersus ad vomituꝫ
ꝛc. Figura habetur in secūdo lib. Regū. xv.
ꝙ quādo absalon persequebatur patrē Da-
uid quādo nunciatū fuit dauid ꝙ Absalon
volebat eū interficere. recessit ipse dauid et
redeūdo capite cooperto ꝛ facie velata qui-
daꝫ qui vocabaꝭ semei: qui cepit lapides et
veniebat in valle ꝛ iniuriabaꝭ ipi dauid di-
cens illi. Ascēde vir belial vir sanguinū: ꝛ ꝓ
ijciebat lapides: ꝛ dauid flebat. Et cū eo erat
Joab qui dicebat ei. Va dn̄e debem⁹ pati i-
sta. Et dauid. dimittaꝗ eū facere: debeo ha-
bere maiora. Fortassis tamē deus me aspi-
ciet oculo mīe. finaliter mortuo Absalon re
gnauit dauid ꝛ in fine dieꝝ suoꝝ vocauit
Salomonē filiū suū dixitqꝫ ei. Tu eris rex
post me: et erat memor de semei. Sis mēor
iniurie quā fecit mihi semei: nolui facere pu
nitionē per meipsū nec petij vindictā. rege
dauid mortuo ꝛ postꝙ Salomon regnauit
pacifice misit ad querenduꝫ semei ꝛ ait illi.
nunquid recordaris opprobrij quod fecisti
patri meo dauid. Cui dicit semei, domine q̄
ro veniam si placet. bene dixit rex postꝙ co-
gnouisti culpam tuam indulgeo. Do tibi vi-
tam. habita in hierusalem et fac domum in
ea ꝛ nunꝙ exeas ciuitatem. quacunqꝫ die
exieris tu eris occisus. Posuit se coram rege
genibus flexis ꝛ dixit. bonus est sermo regꝭ.
sequitur post tres ānos iuit post seruos su-
os qui ierant ad regem achis in geth: et re-
duxit eos nunciatunqꝫ est regi ꝙ iuisset et
redisset. Certe domini hoc non est moufle q̄
rere indulgentiam ꝛ non facere promissum.
Tunc homines dixerunt regi. domine vere
est semei in campis. dixit rex. ostendam illi
ꝙ mihi displicet. veni dicit ad semei: non re
cordaris ꝙ dixi tibi ꝙ maneres in ciuitate
ꝛ si exires ꝙ scinderetur tibi caput. Tūc iusꝭ
sit eū occidi ꝛ sic mortu⁹ est. Precor deum ꝙ
Salomō iesus non sic agat nobiscū. Quid ē
dicere dauid qui persequiꝭ ab absalon filio
suo? quid est dicere ꝙ recedit plorās pedib⁹
nudis ꝛ velata facie: ꝛ fili⁹ proiecit eū extra
ciuitatē? vere est ih̄s xp̄s qui iuit ꝓ nob̄ mo
ri extra ciuitatē: absalō est popul⁹ iudaic⁹ q̄ ꝑ
secut⁹ est eū. semei q̄ ꝓiecit lapides sūt pecca
tores ꝛ mali xp̄iani qui quotidie peccādo ꝓ
ijciūt ei lapides. Sup̄ dorsū meū fabricauerūt
pctōres. O pctōres quot facitis pctā tot ꝓij-
citis lapides xp̄o. Salomō qui facit iusticiā
est xp̄s in benedicta hūanitate ꝛ gl'iosa: cui
deus pater ptātē dedit iudiciū facere quia fi
lius hoīs ē. hoc est Jo. v. vere ille ē qui nos
iudicabit. Et dicit Salomō xp̄s ipi semei.
indulgeo tibi ꝛ do veniā: mane in hierl'm ꝛ
nō exeas. Hoc est mane i statu grē. q̄ntūcūqꝫ
eīn pctm̄ fuerit magnū indulgebit si redire
voluerim⁹ ad eū. Serui vero semei q̄ eūt ad
cāpos ad regē achis sunt impudici aspect⁹ q̄
fiūt in bāqueꝗ ꝛ in eccl'ia ꝛ alijs locꝗ ihōestꝗ.
Silr sunt illi qui vadūt ad regeꝫ achis pro
habendo beneficia ꝛ officia. Vadūt ꝑ fas et
nephas: semei post tres annos id est post cō
tritionem confessionē ꝛ satisfactionem labi
tur in peccatū et sic exijt statū gratie. Salo-
mon venit ꝛ dixit. certe vos moriemini. Eze.
xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur.
ꝛ sicut quando semei exit est dignus morte
ꝛ frustratur venia salomonis: sic qn̄ estis in
mortali peccato: peccatum frustrat effectum
sacramenti penitentie. Et permanebimus
ergo in peccato absit, dicit Paulus ad Heb.
xij. deponētes omne pondus pcti curramus
ad propositum nobis certamen. ponamus
penā deponendi pctm̄ sic nō salariū pcti ha-
bebimus. iuxta thematis verba ꝛc.


¶ Secūda pars de signis gratie.

¶ Transeamus vltra: habetis bonū deside-
riū dn̄e? ita frater. Postꝙ audiuim⁹ loqui d̄
incōmodis pcti: loquamur si placet de gra-
tia dei. Quid vltra dicetis de ea? vidimus
quō debent desiderari supra bonū naturale
spirituale ꝛ tpale sicut diximus declarando
xij. fructus ꝛ effectus quos facit in aīa in a-
lijs sermonibus: quid ergo opꝫ facere ꝓ iue
niendo eam. Et qn̄ habetur quid opꝫ facere
ad custodiendū. Et qn̄ custoditur q̄d opꝫ fa
cere ꝓ augmentando eā, diximus ꝙ opꝫ fa

cere opa meritoria ⁊ frequētare sacramen-
ta digne siue in recipiendo sacramentū ma-
trimonij siue sacramentū ordinis ne ponat
obex. Restat ostendere p q̄ signa gr̄a in no-
bis manifestat: ⁊ sunt quattuor,
Primū signū est in affectu,
Scdm est in effectu.
Tertiū est in auditu.
Quartū in dicto vel dictu.
Credidi ꝙ ples sūt ꝯfessi q̄ recipiūt xp̄m. Et
dn̄s iacob⁹ celebrat i dies. Esti securi esse in
gr̄a: hūiliemꝰ ⁊ sūmittam⁹ facies nr̄as. Audi
te beatū Paulū. i. ad Cor. iiij. Nihil m̄i ꝯsci⁹
sū s̄ nō in hoc iustificat⁹ sū. O de⁹ et ne et si
ille q̄ de quocūqꝫ pctō nullū habebat remor-
sū cōsciētie nō reputabat se eē iustificatum
q̄d erit de pctōrib⁹ plenis oīb⁹ scelerib⁹. Et
pau. possū dicere ꝙ postq̄ fuit rapt⁹ vsqꝫ ad
tertiū celū: qm̄ oīa p̄ctā fuerūt m̄i indulta ꝙ
nō ꝯmisi pctm̄ mortale ⁊ i hoc tn̄ nō sū iusti
ficat⁹. Cocludit schola nemie discrepāte di-
stin. xvij. i. sentē. ⁊ dist. viij. iiij. vbi mgr̄ q̄rit
q̄d requirit ad ꝑceptionē sacramēti eucha-
ristie. nemo p viam naturalem pōt cogno-
scere se esse in gratia dei seu in charitate: q̄d
ergo est de nob̄. Coniecturalr̄ tn̄ possumus
⁊ de his quattuor signis. Pro affectu est au-
ctoritas ps. iiij. Dedisti leticiā in corde meo.
Pro effectu est illa auctoritas Joh. xiiij. Si
quis diligit me ⁊c. Pro auditu ē illa aucto-
ritas. Luce. xi. Beati qui audiūt verbū dei ⁊
custodiunt illud. Et qui ex deo est verba dei
audit. Johā. viij. Pro dicto vel dictu est illa
auctoritas. Bonus homo de bono thesauro
profert bona. Math. xij. Audite qui vultis
scire coniecturas ad sciendū an sitis in gr̄a
vel nō vnū de signis est affectus. Scdm est
opatio siue effectus. Tertiū est auditus et
aliud est dictuꝫ. vnde. vna ꝑsona est in gau-
dio spiritus qn̄ non habet affectionē inordi-
natam: puta in luxuria in rancore in odio ⁊
sic de alijs pctīs ⁊ facit opera deo placentia
⁊ libenter audit loqui de deo. Et nihil videt
nec loquitur inhonestuꝫ nec aliū diffamat.
Jsta sunt signa q̄ ostendunt nos esse in gr̄a
Ponamus hic annā ⁊ ioachim. vtinam pre
cantur ꝓ nobis deum. Legr̄ in quadā hysto
ria q̄uis apocripha: ꝙ iesus erat in transi-
tu mortis ioachim. Et quādo erat ī illo tran
situ clausit sibi oculos ⁊ fleuit astantes que-
sierunt ei. cur fletis? vos bene scitis q̄ omia
bene se hn̄t. bene scio dicit verū est: sed ploro
cōpatiendo nature humane: qr magna pie-
tas est ꝙ natura humana corruit i tali sta-
tu q̄ opꝫ ita decedere ⁊ sic separari ab inui-
cem. Tunc erat ibi maria ⁊ Jo[illegible] Joa-
chim erat mortuus ⁊ post mortem ioachim
anna duos hoīes desponsauit. Erant autem
ambo iusti scꝫ ioachim ⁊ anna incedentes
in mandatis dn̄i sine querela ⁊ recte ambu
labant in mādatis dn̄i ⁊ habebant bona tē-
poralia: qr descenderant de progenie dauid
Et tertiā partē bonoꝝ dabāt pauperib⁹ pe-
regrinis ⁊ templo: ⁊ non habebant ꝓgeniē
⁊ tunc mulieres qr erant steriles maledicte
erant. ⁊ hoc nobis significat ꝙ qui in morte
nō habuit bona opera maledicet a dn̄o. ⁊ ve
nit quadā die in tēplo ⁊ ioachim postea iuit
ad pastores suos ⁊ fuerāt. xv. annis simul et
votū fecerunt ꝙ si haberent progeniē p̄mꝫ
puerū vel filiam p̄sentarent tēplo ⁊ darent
ad seruiendū deo. ⁊ quadā die apparuit an-
gelus dn̄i ioachim qui dixit ei. Nascetur ti-
bi filia tua vxor cōcipiet ⁊ pariet tibi filiam
que in cōceptu sanctificabitur ⁊ vocabitur
maria. ⁊ tertio anno postea p̄sentauerūt eaꝫ
in tēplo. affectio ergo in corde in manu ope-
ratio in auribus audire verbuꝫ dei ⁊ in ore
bonū verbū eloqui sunt quattuor signa. An
sitis multuꝫ solliciti de gratia dei habēda?
estis hic studentes ⁊ sacerdotes: ⁊ vos fica-
natores: ⁊ pauperes q̄ estis excōicati ⁊ nesci
tis ⁊ reperitis excōicationes in ianuis ve-
stris queritis ne gratiaꝫ dei. O moyses loq̄
re huic populo dic veritatem illi. Jncrassa-
tus est impinguatus ⁊ recalcitrauit: dereli-
quit dei filiuꝫ suū redēptorem ⁊ ab eo reces
sit ⁊c. Deut. xxxij. Non sic faciatis: sed que-
ratis gratiā: ⁊ quesitam custodiatis: ⁊ custo
diendo illam augmentetis: ⁊ sic securi ⁊ cer
ti ad gloriam ꝑuenietis eternaꝫ: quā nobis
ꝯcedat q̄ est benedictus in secula. Amen,

¶ Hec sunt. xv. incōmoda que facit peccatuꝫ
mortale: ⁊ in q̄ udecim superioribus sermo-
nibus declarantur.





aillard

ermones

